2562

SCHOLI
IN
ODYSS

3213

2-H-3

BIBLIOTECA
DEL
Rey N. Señor

VII Y 4

3213

51

Cuenca 107

1.107

SCHOLIA

in

Odysseam Homeri

Dela Biblioth.a del Coll.o m.or de Cuenca

Odyssea Homeri Liber primus.

Ἄνδρα. nunc illum significat qui natura est vir. Non enim inveniuntur duo Epitheta absque nomine proprio aut appellativo. Patet etiam fortem significare ac strenuum, ut illud

ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος
ejaculante viro.

Et illum qui viri ætatem habet, quemadmodum alicubi illud

νῦν δὲ μετ᾽ ἀνδρῶν ἐστὶ ἀριθμῷ
Nunc equidem in numero describitur ipse virorum

Et illum etiam qui uxorem ducit, sicuti est illud

Ἄνδρα μὲν ᾧ ἔδοσαν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Nempe virum, genitor cui me materq; dederunt.

Et illum qui natura ipsa est, veluti est illud

Ἄνδρες κικλήσκον καλλίζωνοί τε γυναῖκες.
Sic dixere viri, pariter pulchræq; puellæ

Ἔννεπε. Dic. πολύτροπον, in multa et varia vertentem cogitationem

animumq;

f. 107

SCHOLIA
in
Odysseam Homeri

De la Biblioth.ª del Coll.º m.or de Cuenca

Odysseæ Homeri Liber primus.

Ἄνδρα. nunc illum significat qui natura est vir. Non enim inveniuntur duo Epitheta absque nomine proprio aut appellativo. Patet etiam fortem significare ac strenuum, ut illud

ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος

eiaculante viro.

Et illum qui viri ætatem habet, quemadmodum alicubi illud

νῦν δὲ μετ᾽ ἀνδρῶν ἴζει ἀριθμῷ

Nunc equidem in numero describitur ipse virorum

Et illum etiam qui uxorem ducit, sicuti est illud

Ἄνδρα μὲν ᾧ ἔδοσαν μοι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ

Nempe virum, genitor cui me materq; dederant.

Et illum qui natura ipsa est, veluti est illud

Ἄνδρες κικλήσκον καλλίζωνοί τε γυναῖκες.

Sic dixere viri, pariterq; pulchræq; puellæ

Ἔννεπε. Dic. πολύτροπον, in multa et varia vertentem cogitationem

animumq;

animumq sapientem, aut qui multorum morum experientiam habet et cognitionem.

πλάγχθη erravit, vagatus est. ἐπεὶ Τροίης pro ἀφ' οὗ τὴν Τροίαν nempe ex quo Troiam. ἱερὸν πτολίεθρον, eo quod muro cincta, et a Dijs condita sit. aut propter religionem quâ Jovem venerabantur. ἔπερσεν vastavit subvertit. ἄστεα urbes, πάθεν ἄλγεα in hoc loco est expungendum. Deinde sequitur ὃν κατὰ θυμὸν ἀρνύμενος, nempe quod sibi ipsi iniunctum erat tutans, et seipsum servans et socios, aut pro commutans suam ipsius animam et supplicium et mala, quæ domui imminent in sociorum incolumitatem. scilicet, ipse perire vult ut servet socios, ut adhæc ipse reditus relinquendus sit. πόντῳ nempe θαλάσσῃ mari, ὃν κατὰ θυμὸν suâ ipsius anima ἀρνύμενος permutans, compensans, ἣν suam ipsius, reditum nempe intelligit et reversionem in patriam, in domum. ἐρρύσατο servavit. ἀτασθαλίῃσιν stultitijs, insanis conatibus. ἱέμενος περ quamvis cupiens, alacriq appetens voto σφετέρῃσι suis ipsorum. ὄλοντο perierunt, νήπιοι stulti, amentes. οἳ κατὰ βοῦς horum quidem meminit quoniam ex animi sententiâ iniquè se gerentes perierunt, Ὑπερίονος. epithetice dixit nempe Solis qui ita vocatur ab ὑπὲρ ἡμᾶς ἰέναι eo quod supra nos eat, Hesiodus autem ipsum ab Hyperione Genealogicè deducit. νόστιμον ἦμαρ ipsum reditus diem. τῶν ἁμόθεν γε gesta Ulyssis vel unde volueris ab aliquâ ipsorum parte incipiens nobis expone. ἁμόθεν unde, est enim dictio Atticorum. aut ab aliquâ parte unde volueris, θύγατερ Διός pro, ὦ Musa εἰπὲ καὶ ἡμῖν sicuti tu nosti, ut etiam et nos cognoscamus. αἰπὺν grave, difficile horrificum οἴκοι in proprias ædes in domos οἷον, solum tale, νόστου, reditus in domum, aut etiam uxoris, propriam verò præposuit ut vel contemneret Deam amantem, πότνια venerabilis, honorifica, cultu digna, ἔρυκε continuit, impedivit, δῖα celeberrima, divina Καλυψώ. Atlantis

Troiani Jovem singulari quadam relegione devenerabantur.

Sol quare dicatur Hyperion.

Calypso Atlantis filia.

Atlantis filia. ἐν σπέεσι in speluncis, γλαφυροῖσι cavis, profundis, λι-
λαιομένη exoptans, avide cupiens πόσιν virum περιπλομένων circumeun-
tium absolutorum, perfectorum τῷ οἱ in quo ipso, ἐπεκλώσαντο fato consti-
tutum esse effecerunt. πεφυγμένος fugiens, relinquens, ἀέθλων calami-
tatum malorumque perpessionum. οἷσι suis ipsius, ἐλέαιρον miserati sunt, com-
miseratione sunt prosequuti, νόσφιν absque praeter, ὁ δ' ἀσπερχὲς hic vero
omnino penitus μενέαινεν succensuit, ira exarsit, ἀντιθέῳ aequali Deo
et simili secundum virtutem, ἔνθα tunc, adverbium est temporis & loci
μετεκίαθεν subivit, πάρος antequam, τηλόθ' ἐόντας longe habitantes
procul existentes. διχθὰ bifariam in duas partes, δεδαίαται divisi sunt
separati sunt. Nonnulli autem ipsorum ad ortum solis habitant, alij vero ad
occasum, Quidam vero ab Nilo dividi eos arbitrantur. δυσομένου Ὑπερί- Aethiopes.
ονος Solis ad occasum existentis, vult enim intelligere ipsos Aethiopas, qui
ad Occasum degunt, οἱ δ' ἀνιόντος exorientis, ipsos orientales significat. Ἀντι-
όων, particeps futurus, aut occurrens, aut participans. δαιτὶ conviviis epulis Hecatombe.
ἑκατόμβης magni sacrificij, παρήμενος praesens existens, assidens τοῖσι
δὲ in iis quidem Dijs Ὀλυμπίοις qui Olympum habitant, μύθων sermonum,
ἀθρόοι simul, in unum πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Iuppiter ipse ἦρχε
exorditur, incipit, μνήσατο meminit, recordatione observavit τὸν ῥα
quem quidem, ἀμύμονος Αἰγίσθοιο sive praeclari & pulchri ante adulte-
rium ipsum, sive secundum genus boni, illustris, τηλεκλυτὸς, cuius gloria
& nomen etiam in longinquos & remotos proficiscetur fines, μετηύδα in iis
dixit, ὢ πόποι, ὢ παπαὶ o papae. est enim adverbium quod lamen-
tationem & miseram sortem significat, αἰτιόωνται nempe αἰτιῶνται
acceptum referunt, attribuunt, φασὶ dicunt, ἐξ ἡμέων a nobis, σφῇσι
suis ipsorum. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν est quod sequitur, qui

quidem

quidem ipsi suis proprijs stultitijs. quod est suis ipsorum, quod æquale est illi αὐτοὶ αἴτιοι εἰσίν, et ipsi in causâ sunt, culpa sunt. Nonnulli autem supervacaneam esse coniunctionem καὶ existimant. aut illud οἱ δὲ expungendum est, ἀτασθαλίαις sceleribus nequitijs, peccatis, ὑπὲρ μόρον super fatum, γῆμε nempe ἔγημε duxit uxorem ἄλοχον uxorem, μνηστὴν uxorem quam multo amoris ambitu et donorum studio appetivit. νοστήσαντα revertentem, redeuntem, εἰδὼς peritus, scitus, πρὸ οἱ εἴπομεν prædiximus ipsi Ἀργειφόντην nempe τὸν Ἄργου φόνου qui cædem non est

Argus Canis Multoculus.

operatus, pacificus. Aut qui occidit ipsum Argum nempe canem illum multis oculis instructum, qui ipsam Io servabat κτείνειν occidere interficere μνάασθαι ambire τίσις pro ἔκτισις vindicta supplicium, punitio, ἔσσεται erit, existet. Ἀτρείδαο post hoc est distinguendum, aut huius Atridæ Agamemnonis Orestis ἡβήσῃ viguerit adultus fuerit, ac creverit ἱμείρεται exoptat, desiderio meditatur, ἀλλ' οὐ φρένας Αἰγίσθοιο πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων, et ex hoc scilicet duæ sunt in unumquemque fato constitutæ. Eligat vero quilibet quam voluerit, ἀθρόα simul omnia ἀπέτισε compensavit persolvit, ὕπατε inclyte, supreme, κρειόντων regum Principum, καὶ λίην prorsus quidem, ἐοικότι simili, ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ipsos procos intelligit, ὀλέθρῳ morte, exitio, ῥέζοι perficeret, perageret, præter sanguinem operans, efficiens, δαΐφρονι, quod est peritus et expertus in bello. Est enim δαΐς idem quod pugna. Quando autem de Penelope inquit δεδαϊγμα κατὰ φρένας scilicet μεμαθηκυῖα, quæ edocta est et perita ex quo sapientem et prudentem vult significare Δαίεται abscinditur, laceratur, illud enim καίεται amantis est, Δυσμόρῳ infelici infortunato δηθὰ multum, diutius, φίλων ἄπο longe ab amicis, ἀμφιρρύτῃ quæ in circulum à mari circumdatur et circumfusa est. ὅθι pro ὅπου ubi, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης in medio maris circum ipsam, ὀμφαλὸς quod medium est. ναίει habitat. ὀλοόφρονος per-

niciosi

niciosi, quoniam hostis fuit Dijs. Quidam vero quod est ex mari interpretantur ὀλοόφρονος. Nonnulli autem spiritu aspero insigniunt, ut sit sensus περὶ τῶν ὅλων φρονοῦντος nempe de omnibus meditantis speculantisq. Nam ipse quidem Atlas mundum gestans traditur omnem, aut secundum antiquam scripturam scriptum est. Praeterea quidam non intelligens illud os apposuit βένθεα profunditates ἔχει δέ τε nunc est, curae est, curam gerit, veluti est illud

Atlas

κακεῖ κάμοι κῆπον ἔχει πολυδένδρεον

Atq ibi est unde mihi curae est bene consitus hortus.

Aut superat, et portat, vehitq. κίονας columnas ἀμφὶς ἔχουσιν circumdant, coërcent, intersaepiunt, τὸ nempe, τοῦ huius, δύστηνον miserum infelicem ὀδυρόμενον ingemiscentem lamentantem αἱμυλίοισι deceptorijs, fallacibus aut benevolis et quasi congenitis, verbaque cum experientia et peritiâ sapientiae sunt, et cum benignitate quadam coniuncta θέλγει decipit, ἐπιλήθεται oblivisce-tur: nihil meminerit. Καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι ἧς γαίης in hoc loco est subdistinguendum, Est enim totus sensus, qui primus exoptat fumum patriae cernere, nunc quidem cupit ob ea quibus cogitur perire Ἐντρέπεται curam habet. Non quidem Ulysses apud naves Argivorum gratificabatur: grata faciebat, ἱερὰ ῥέζων, ille quidem quae apud ipsum sunt immolat, sacrificat, tu autem nequaquam grato animo suscepisti. ῥέζων sacrificans, exequens, offerens. εὐρεῖν lata, diffusa, τί νύ οἱ ad quid vero ipsi, ὠδύσαο succensuisti in iram te commovisti, agitasti Περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν pro περίεστι nempe omnes homines sapientia et religione superat, excellit, γαιήοχος nimium ὁ τὴν γῆν ὀχῶν nempe qui terram vehit et portat, aut qui a terrâ vehitur ἀσκελὲς immutabiliter, tenaciter, secundum quandam τῶν σκελῶν privationem scilicet crurum. aut indesinenter et nimium vehementer Αἰὲν semper et sub omni tempore κεχόλωται ira excanduit, succensuit, ἀλάωσεν obcaecavit. ἀντίθεον nunc, obluctantem, et contrarium Dijs impium

ῥέζω, i. ago ut facio apud Latinos pro sacrificare sumitur.

6.

Θόωσα mater Polyphemi Phorcynis filia.

Interpres Apolonii

& irreligiosum significat ὅου cuius fuit, extitit, Θόωσα mater Polyphemi
Cyclopis propriè ita nuncupata Φόρκυνος θυγάτηρ Marinus enim Deus est Phor-
cyn, μέδοντος regnantis, consueto enim more principes reges appellabant, aut
coniungendum est illud μέδοντος ἐν σπέεσι, ita ut in speluncis Neptunus ipsum
genuerit Cyclopa μιγεῖσα sese communicans, admixta, ἐκ τοῦ δὴ ex huius-
modi quidem causâ Ἐνοσίχθων qui terram commovet, est enim ἔνωσις commotio
κατακτείνει interficit, πλάζει errare facit vagarique ἀπὸ procul longe περι-
φραζώμεθα consultabimus meditabimur, νόστον reditum reversionem μεθήσει
remittet, sedabit, finiet, ἀντία adversum, contra, ἀέκητι coacto & invito
consilio ἐριδαινέμεν studiosè contendere, intendereque litem φίλον gratum
iucundum, placitum, νοστῆσαι redire reverti ὅνδε δόμον δὲ in propriam suam
domum, διάκτορον nuntium, sapientem Ὠγυγίη ipsa insula Calypsus, ὀτρύνω-
μεν instimulemus, urgeamus, concitemus. ἐυπλοκάμῳ pulcricomæ & ex parte
formosæ ταλασίφρονος quæ suâ ipsius prudentiâ omnia sustinet moderaturque
νέηται redeat, ἐποτρύνω concitabo, provocabo Ἀχαιοὺς Ithacenses, ἀπει-
πέμεν denegare infitiari, ὅτε οἱ qui quidem ipsi ἁδινὰ sive ~~comp~~ tenuia
ad comparationem ipsam boum aut pro ἁδινῶς ut sit sensus continuò frequenter
crebrò, ἕλικας incurva & camura habentes cornua, ἠμαθόεντα arenosam, πευ-
σόμενον interrogaturum, auditurum ἤν που si vel alicubi, ἀμβρόσια honorifi-
ca, pretiosa τὰ μὲν quæ quidem ipsam ἀπείρονα quæ terminum & finem non ha-
bet intelligit autem terram, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο æqualis vento Εἵλετο δ'
ἄλκιμον ἔγχος abolentur autem cum asteriscis, quoniam aptè in Iliade sunt.
ἀκαχμένον exacutum, detersum præmunitum κοτέσσεται irascetur succensebit
βῆ proficiscitur, progreditur, ὄβριμα generosa inclyta, δήμῳ locus est in Ithaca
ubi fuit Ulyssis regia οὐδοῦ liminis, ianuæ gradus, παλάμῃ manu Ταφίων
— Taphus insula Echinadum, quam Teleboæ habitarunt, ἀγήνορας valde
superbos contumeliosos πεσσοῖσι talis. A verbo enim πέσσω efformatur, aut

παρὰ τὸ

παρὰ τὰ πάθλων sunt ~~[illegible]~~ πίσυσι ipsi calculi προπάροιθεν ante, ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι. Per hoc quidem violentiam manifestat procorum nempe pelles consternere in thronis & sedibus demissis, ῥινοῖσι pellibus coriisq. ἔκτανον interfecerunt ὀτρηροὶ efficaces agiles ipsâ festinatione & operâ. πολυτρήτοισι undequaque perforatis, pertusis. νίζον abstergebant, abluebant, & illa coniunctio δὲ proxi ponitur προτίθεντο praeposuerunt. Δατεῦντο diviserunt, secabant, τετιημένος ἦτορ ipsâ animâ penitus dilaceratus, afflictus. ὀσσόμενος sub imaginis specie convolvens, repraesentatione meditans, autumans, aut ipsis oculis conspiciens σκέδασιν dissipationem fugam θείη faciet, κλήμασι domibus, ἀνάσσοι regnat, τὰ φονέων haec animadvertens perpendens, μεθήμενος simul cum ipsis assidet. βῆ δ᾽ἰθὺς προθύροιο in rectum tanquam ad Vestibulum non intus sed ante ianuam in pavimento quod τυκτὸν nuncupatur scilicet, arte manuq effectum, νεμεσσήθη reprehensibile esse duxit & execrandum, φιλήσεαι benevole eris acceptus, hospitio grato et iucundo susciperis, δεῖπνυ cibus est qui sub die assumitur, μυθήσεαι in sermones venies & loqueris ὅττεό σε χρὴ si aliqua re tibi opus est. κίονα columnam ἔντοσθεν intrinsecus, δουροδόκης hastarum thecam repositoriumq. Et intelligendum est columnas abradi & excedi & ibi hastas apponi. ἐυξόυ formose abrasae, exsculptae, expolitae, λῖτα tenue subtileq indumentum, πετάσας explicans, expandens, δαιδάλεον varium, pulcritudine mirificum. θρῆνυς scabellum, κλισμὸν sedem, declinatoriam habentem sellam, θέτο apposuit ἔκτοσθεν seorsim, privatim extrinsecus ἀνιηθεὶς iustitia affectus, ὀρυμαγδῷ proprie est quidem strepitus qui in monte excitatur, est enim secundum ἐτυμολογίαν ὀρομαγδός, nunc verò pro tumultu accipitur, ἀδήσειεν iniucunde constituet, aegrè usurparet, ὑπερφιάλοις superbis, iactantibus, foedifragis, qui fidem omnino violant, μετελθὼν congrediens, concurrens, ἀποιχομένοιο abeuntis, abscedentis ἔροιτο interrogabit, scrutabitur, χέρνιβα aqua quae ad manus effunditur ἀμφίπολος ancilla ab hoc quod est circum dominam πολεῖσθαι nempe versari & verti προχόῳ Vas est ad effundendum consentaneum. ab hoc quod est χέειν

nempe

nempe effundere, et instillare aquam, quod apud nos ξέστη dicitur, ἐπέχευε inücièbat, apponebat, λέβητος quod apud nos χέρνιβον nuncupatur ξέστην, quæ pulcrè et mirificè expolita est et derasa et constituta, ἐτάνυσσε extendit, apposuit ταμίη custos penus dispensatrix αἰδοίη veneratione et cultu digna dispensatrix, εἴδατα pabula cibos χαριζομένη παρεόντων ex præsentibus præbens, dans, δαιτρὸς coquus qui carnes distribuit παρὰ δέ σφι apud ipsos quidem θαμὰ ἐπῴχετο ipsam festinationem et studium præconis significat. θαμὰ crebro, continuo ἐπῴχετο proficiscebatur progrediebatur οἰνοχοέων vinum effundens, miscens, ἀγήνορες valde superbi arrogantesque ἕζοντο assidebant, τοὺς huiusmodi κλισμοὺς sedes, decubitoria instrumenta ἔχευαν inücièbant, παρενήεον accumulaverunt, collegeruntque et ex hoc quidem copiam et multitudinem ciborum manifestat, κανέοισι canistris sportulis ὀνείατα nempe ὀνείατα utilitatem et commodum facientia inducentia pabula, ἴαλλον dederunt, extenderunt, apposuerunt, νέμησαν diviserunt, distribuerunt, αὐτὰρ ἐπεὶ postquam verò πόσιος potus ἐξ ἔρον ἕντο expleverunt cupiditatem, et aviditatem saturarunt, τοῖσι μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλει probabiliter quidem ut Telemachus tempus opportunum contineat, μεμήλει curæ erant, sedulò studebant, μολπὴ lusus, cum cantu, aut cantus ipse, ὀρχηστὺς saltatio tripudiatio ἀναθήματα δαιτὸς convivij ornamentum, Hæc metaphora sumpta est, ab his quæ Dijs sacrantur, κίθαριν citharam περικαλλέα valde decoram pulcramque ὅς ῥ' ἤειδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ exposuit Phemium servatum fuisse in procorum cæde et excidio ἤειδεν canebat, φορμίζων citharam pulsans ἀνεβάλλετο præluxit exorsaque est, πευθοίατο audiverunt, ἄγχι σχὼν propius continens, apponensque, ὄφρα quod sanè νεμεσήσεαι reprehenderis, incusaveris, ἀοιδὴ cantu, ῥεῖ ἐπεὶ ἀλλότριον est quod sequitur quia facilè alienum, βίοτον substantiam, supellectilem, opes, νήποινον impunem, nulla vindicta et supplicio affectum ἔδουσιν comedit devoravit οὗ cuius quidem, πύθεται putrescit corrumpit

Convivorum apparatus.

corrumpitur ἐπ' ἠπείροιο in terrā ἐν ἁλὶ in mari, κυλίνδει convolvit, ἰδοίατο conspicerent, viderent, ἀρησαίατο perciperent, exoptarent, ἀφνειότεροι ditiores opulentiores, ἕως ita ut sic habebat, ἀπόλωλε nempe ἀπόλετο perijt, mortuus fuit. θαλπωρὴ spes incolumitas, tutamentum, protectio, φησὶν diceret, prologueretur ἐλεύσεσθαι venire, ὤλετο obijt εἶς es existis νόστιμον ἦμαρ ipse reditus in proprias aedes, ποθι ubi, τοκῆες parentes, ὁπποίης, nempe ὁποίας qualis, νηὸς navis, navigij, ἀφίκεο advenisti εὐχετόωντο gloriabantur, sese iactant, οὐ μὲν γάρ τι πεζὸν pedestrem enim te non fieri potest venisse, profectum fuisse, ἀγόρευσον dic, ἐτήτυμον verum, εὖ εἰδῶ secure cognosco, percipio apte, ἢε νέον μεθέπεις aut nuper ad nos accessisti, venisti, μεθέπεις profectus fuisti, venisti, ἴσαν sciunt, cognoscunt, δῶ nempe δῶμα domum, habitaculum, ἐπίστροφος ἦν ἀνθρώπων curam et studium hominum habebat. Aut enim sermonem et consilia omnes homines exequebantur. Aut proficiscens, adveniens, accedens, domi existens, φιληρέτμοισι nauticis οὔδε nequaquam existit apud Poëtam, hoc οὔδε loci significativum, sed pro οὕτως nempe, sic, οἴνοπα πόντον nigrum mare, ἀλλοθρόους alienigenas, hospites, barbaros, Τεμέσην, est Temese urbs Cypri et secundum quosdam Italiae, quam nunc Brentisian appellant, νηὸς navis, ἥδε haec μετὰ χαλκὸν propter aes, ἄγω duco porto, αἴθωνα nigrum, pro inelaboratum, splendidum, et sic dicitur ἀπὸ τοῦ αἴθοντος πυρὸς nempe ab comburente igne νηῦς δέ μοι, ἥδε ἕστηκεν, illud ἥδε relative quidem dixit pro manifestative, ostensive, ἐν λιμένι ῥείθρῳ nomen est Ithacae portus, illud ῥεῖθρον ab eventu ipso quoniam ἔκροῦν habet, nempe effluxionem et canalem. Aut quod confluant in ipsum plurimi torrentes ex Neio monte, ἐπίστροφος, qui simul conversatur, qui eâdem cum alijs utitur consuetudine. Νηΐῳ mons est Ithacae ad susceptionem navium consentaneus et aptus ὑλήεντι sylvosa εἴρηαι interrogasti, ἀπάνευθεν seorsum, longe, παρτίθει nimirum παρατίθει apponit πήματα, damna mala, γρηῒ nempe γραΐ anui βρῶσιν cibum, πόσιν potum εὖτ' ἂν μιν quando sane ipsum ἑρπύζοντα cum dolore et justitia sensim proficiscentem propter senectutem

Temese urbs Cypri secundum alios Italiae et nunc Brundusium.

Plinius

Ῥεῖθρον Portus Ithacae. sic dici ab effluxu, vel a confluentibus in ipsum rivis.

etatem, γενὸς quod uberrimum et fertilissimum est, quodque pulcherrimum ἀλωῆς terræ vitibus consitæ, vineæ, οἰνοπέδου nempe οἰνοφόρου viniferi, ἔφαντο dixerunt, ἐπιδήμιον, scilicet ἐπιδημοῦντα nimium versantem in populo, μετέπεις venisti, accessisti. βλάπτουσιν impediunt, cogunt. ζωὸς vivens κατερύκεται continetur, cohibetur, urgetur εὐρέι lato: magno ἐν ἀμφιρρύτῃ quæ mari circumdatur succingitur, ἐρυκανόωσι continent impediunt, ἀέκοντα invitum et planè nolentem, οὐκ ἔτι nullo modo. οἰωνῶν σάφα εἰδὼς peritus et expertus in avium inspectione. aut Aruspex divinus, δέσματα vincula. Mos autem fuit Atticis nomina masculea sub genere neutro proferre. Etenim a verbo δέω δέσματα dicuntur et a verbo ζέω ζέσματα similiter ἔχῃσι continet serviat, φράσεται meditabitur perpendet, νέηται revertatur redeatque. πολυμήχανος multo consilio præditus sapiens, ἐξ αὐτοῖο, ex ipso αἰνῶς nunc pro valde usurpatur, ἔοικας similis es, θαμὰ τοῖον crebro, ita et nunc nos ἐμισγόμεθα admiscebamur πεπνυμένος sapiens peritus, πεπαιδευμένος sapiens et instructus es, ἐκ τοῦ ex illo quidem tempore γόνον genitorem, ἀνέγνω cognovit, ὄφελον nempe ὤφειλον debebam νύ τευ alicuius quidem κτεάτεσι nempe κτήμασιν opibus, possessionibus, ἐοῖς ἔπι in suis proprijs ἐπέτμε deprehendit corripuit, ἀποτμότατος infortunatissimus. ἐρεείνεις interrogas sciscitaris νώνυμον ignobilem, nomine carentem, δαὶς convivium, ὅμιλος, collectio, multitudo, ἔπλετο est, exitit χρειὼ utilitas commodumque εἰλαπίνη magnum convivium, in quo κατὰ εἴλας et συστροφὰς epulantur nempe per turmas et congregatam quandam multitudinem, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος quasi ἔρανος ornatior et minus sumptuosior est, et merito, etenim nuptiæ et reliqua convivia sub quadam amicitiæ lege copulantur. at ipse ἔρανος ut unusquisque aliquid attulerit et contribuerit. ἔρανος cena ex symbolis collecta. δοκέουσι nempe δοκοῦσι videntur, apparent νεμεσσήσαιτο reprehendendum arbitraretur αἴσχεα dedecora, turpitudines, πινυτὸς sapiens, prudens, ἀντιρέας interrogas, μεταλλᾷς inquiris, indagas, μετέλθοι veniret.

εἰλαπίνη convivium in quo turmatim catervatimque congregata multitudo epulatur.
ἔρανος cena vel convivium ex symbolis sive collectis constructum.

Veniret, accederet, μέλλεν debuit, Hæc eadem dictio nullo modo existit, apud Poetam, aliquando veluti ut sub ipsa consuetudine usurpatur. sub temporis significatione, sed semper et ubique pro ἔοικε videtur scilicet, μεταλλᾶς inquiris, interrogas, scrutaris, ἐπιδήμιος præsens existens, inter cives versans, ἑτέρως aliter, ἐβόλοντο nempe ἠβόλοντο volebant, optabant, μνησόωντες consultantes, ἄϊστον obscurum ignobilemque ἀκαχοίμην contristarer, mœrore tabescerem, δάμη domitus fuit, interfectus fuit, τολύπευσε operatus fuit, metaphoricè confecit, absolvit, Etenim lanæ, quæ aliquo labore excolitur, globum τολύπην appellamus τύμβον sepulchrum ᾧ proprio ἤρατο conservata et producta fuit, ἀκλειῶς ignobiliter, ἅρπυιαι dæmones aut venti rapidi violentique ἀνηρείψαντο abripuerunt sustulerunt, ἄϊστος obscurus, nulla celebritate dignus ἄπυστος non auditus incognitus. ὀδύνας mœrores, tristitiæ, damna, κάλλιπεν reliquit, γόον luctus, lamenta, στεναχίζω ingemo, lugeo, ἐπεὶ νύ μοι postquam vero mihi ἔτευξαν apparaverunt, constituerunt ἐπικρατέουσιν imperant, viribus et sceptro moderantur, Δουλιχίῳ insula est ad Cephaleniam. Ζακύνθῳ insula est et hæc Cephaleniæ, Σάμη ipsam Samon Samen dixit. Etiam et hæc ad Cephaleniam est. κραναὴν asperam, κοιρανέουσι regnant, μνῶνται ambiunt, τρύχουσι absumunt divexant, στυγερὸν odiosum horribilem τελευτὴν finem absolutum terminum. φθινύθουσι corrumpunt, deprimunt, ἔδοντες comedentes, devorantes, τάχα hæc eadem dictio non ponitur a Poetā dubitativè, quemadmodum est consuetudo. sed semper pro velociter celeriter, διαρραίσουσι corrumpunt vastant, subvertunt, ἐπαλαστήσασα ob ea quæ dicta sunt, tanquam horrifica et dura graviter affecta, ægrè oppressa. Si autem absque ε dicitur παλαστήσασα erit τῷ παλαιστῇ nempe τῷ ἀγῶνι certamine manus pugnans. effodiens, pellens. ἦ δὴ revera quidem. Παλλὰς Epithetice quidem Minerva dicitur ab hoc quod est πάλλειν, nempe vibrare hastam. Aut quia Pallantem interfecit unum ex Gigantibus, πολλὸν ἀποιχομένου longius abscedentis quam multum indiget. Multum quidem abest quin hos supplicium contineat. δεύει indiget, ὅσε qui quidem, qui sane. ἐφείη iniicit immittit. εἰ γὰρ si enim, δόμου

domus

Harpyiæ dæmones, vel venti rapidi.

Dulichium insula ad Cephaleniam. Zacynthos item. ac Samos.

Minerva quare dicatur Pallas.

domus ἐν πρώτῃσι θύρῃσι in ipsis quidem primis portis στάς staret, consisteret πήληκα galeam, δοῦρε hastæ in duali numero, νόησα conspexi, perpendi οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ πίνοντα Illum qui bonus est omne manifestat tempus qualis sanè in

Ephyræ tres.

suis operibus sit Ἐφύρης urbs est Thesprotiæ. Sunt enim tres Ephyræ, hæc nempe Thesprotica, & quæ nunc est Corynthus, & tertia Elis, ἀνιόντα advenientem proficiscentem, μερμερίδαο Mermeri filij, ἀνδροφόνοιο viros occidentis διζήμενος quærens indagans ὅ ἐρι; ᾤχετο abijt θοῆς velocis ἰοὺς χρίεσθαι præparavit, perunxit ne sanè quæreremus, quo pacto ab uno ictu proci interficiuntur. ἰοὺς tela hastas, χαλκήρεας ære compactas confectas, νεμεσίζετο verebatur curabat, φιλέεσκε γὰρ αἰνῶς & novit contra hostes excitare, stare, ὁμιλήσειε conversaretur, congrederetur γένοιατο fierent, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται in Deorum potestate ac voluntate est. πικρόγαμοι in malum suum ipsorum nuptias has ambientes ἀποτίσεται supplicium exequetur. ἄνωγα iubeo ἀπωσέσθαι expelles deiicies μεγάροιο domus ædium. ξυνίει perpende audi. ἐμπάζεο animadverte, cura vicissim æstima, πέφραδε dic, ἔστων sunto, existant. σφέτερα propria σκίδνασθαι dissipari, dispergi, ἄνωχθι iube, μητέρα sub priscâ consuetudine scripsit μητέρα pro μήτηρ. Et hoc quidem aliquis ignorans illud α præposuit, Aut distinguendum est, Matrem quidem simulantem & existimantem ipsum ambientem et prospicientem. ἂψ adverbium est, syntacticum & constitutivum πάλιν iterum, in futurum, & secundò ἐφορμᾶται desiderat. optat, γαμέεσθαι nubere, ἴτω abeat, proficiscatur, abscedat, μέγα δυναμένοιο qui multum potest elargiri dare, τεύξουσι faciunt, apparant ἀρτυνέουσιν

Ἕεδνα dona quæ sponsæ dat Sponsus. Las joyas Hisp.

construunt, constituunt, præparant, ἔεδνα dona quæ dantur ab sponso sponsæ ἔοικε congruit, decet, ἕπεσθαι sequi πυκινῶς sapienter, prudenter, ὑποθήσομαι consultabo substituam πίθηαι parueris obsequutus fueris, ἄρσας curans adaptans, componens ἐρέτῃσι nempe ἐρέταις remigibus. ἐείκοσιν nempe εἴκοσιν viginti ἔρχεο abscede abi πευσόμενος interrogaturus, auditurus, οἰχομένοιο peregrinantis, abscedentis ἤν τις si forte aliquis ἤ τε μάλιστα φέρει famam

aut vocẽ

aut vocem, de his quæ ignorantur, κλέος nunc κληδόνα significat nempe gloriam
et decus. πρῶτα μὲν εἰς πύλον mittit illum ut instruatur, et ut simul inclitus et
gloriosus fieret, quoniam propter patrem suum proficiscitur abscedit, εἴρεο interroga
κεῖθεν scilicet ἐκεῖθεν inde ὃς γὰρ hic enim ξανθὸν flavum, δεύτατος ultimus
βίοτον vitam ἤ ἄν et quidem τρυχόμενος divexatus, oppressus, τλαίης per-
tuleris, sustinueris, τεθνηκότος mortui, defuncti, σῆμα sepulcrum χεῦσαι nempe
χῶσαι pro χῶσον excita construe, κτερεΐξαι sepelire, exequiis prosequi, κτέρεα
exequiæ, parentalia, funerum cultus, δοῦναι pro δὸς da αὐτὰρ ἐπὴν postquam vero
τελευτήσῃς perfeceris adimpleveris ἔρξεις effeceris ornatusque fueris, τεοῖς tuis
propriis ἀμφαδὸν manifestum νηπιάχοις ὀχεύειν quæ iuvenum sunt sapere
cogitare, ferre. aut duci ab iuventutis cogitationibus. scilicet stultum esse τη-
λίκος talis parvus, pro prorsus iuvenis, ἐσσὶ es existis, ἀΐεις audis, persentis
πατροφονῆα ipsum patris occisorem, δολόμητιν dolos et fraudes consultantem
deliberantem ἔκτα interfecit ὀψιγόνων posteriorum ἔσσεται κατελεύσομαι pro-
ficiscar, progrediar ἀσχαλόωσι indignanter se habent, aspere succensent φίλα
φρονέων grata et amica meditans benevole cogitans μελέτω in cura et studio sit po-
situs, ἐμπάζεο, cura effice, verere, λήσομαι obliviscar, ἐπειγόμενος festi-
nans properans λοεσσάμενος ablutus, τεταρπόμενος gaudens lætusque κίῃς pro-
ficiscaris τιμῆεν honorificum κειμήλιον deposita et asservatæ opes, κατερύ-
κε impedivit continuit ἀνώγει vult, constituit, αὖτις ἀνερχομένῳ redeunti
ex Italia φέρεσθαι adferre deducere, ἣ μὲν ἄρα hæc quidem ἀμοιβῆς gratiæ
ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς digne compensari, rependi; aut e contra a me pulcrum
donum assumes quidem, ita ut dignus compensatione sis æqua. Nam illi qui ho-
spitio erant suscepti munera elargiebantur. Et Bellerophontis vero aureum po-
culum. ἀπέβη abiit abscessit, ἣ μὲν hæc quidem, ὄρνις δ' ὥς quemadmodum avis
ἀνόπαια species est quædam volucris, quæ dicitur sive διὰ τῆς ὀπῆς nempe
a foramine. aut quod sit ἀόρατος invisibilis scilicet, eo quod tanquam avis
invisibili quasi velocitate erumpat irruat. Et Aristarchus quidem inquit nomen
esse avis. Aut Anopæa tanquam ossifraga visa similisque. Quidam autem dici arbi-
trantur ἀνὰ τὰς ὦπας quod est oculos. θάμβησεν stupuit admiratusque fuit.

Hospitalitatis remuneratio.

Anopæa volucris. a velocitate volatus sic dicta,

διέπλατο enclavit, ὑπέμνησεν fecit meminisse recordari, ὀίσατο mente subduxit excogitavit, ἰσόθεος similis deo, subipsa virtutis praestantia φῶς vir ἀοιδὸς Phe-mius scilicet. ᾤχετο proficiscebatur ἄειδεν nempe ἤειδεν canebat, περικλυτὸς nimium inclytus celebrisque ἥατο sedebant. λυγρὸν difficilem asperum, durum, ἐπε-τείλατο praecepit et constituit, ὑπερωϊόθεν ex superiori domus parte, et sublimi tecto συνθέτο concepit audivit, θέσπιν divinam admirabilemque πυκα ποιητοῖο quodcum cura et studiosa quadam sedulitate est effectum; κατεβήσετο descendit ἀφίκετο accessit advenitque ἰκάριοιο Penelopes Pater περίφρων sapiens, pru-dens, διὸ nequaquam, οἴη sola δύ est integrum δύο nempe duo. σταθμὸν limen τέ-γεος subterraneae habitationis, ἄντα coram ante ἄντα παρειάων obtegumento occultata σχομένη occultata, contecta, induta, ornata λιπαρὰ mollia, pulcra, suavia, κρήδεμνα vincula sunt quibus caput exornatur, κεδνὴ benevola stu-diosa σώφρων sapiens ἑκάτερθεν ex utraque parte θελκτήρια demulcentia et decipientia homines. κλείουσιν celebrant, extollunt, laudant cantibus, σιωπῇ cum silentio πινόντων nempe πινέτωσαν bibant Attice dictum est λυγρῆς diffi-cilis durae, τείρει vexat, sollicitat, καθίκετο attigit invasit, ἄλαστον intole-rabilis cuius oblivio non erit. τοίην γὰρ κεφαλὴν tantum enim virum καθ᾽ ἑλ-λάδα per Thessaliam ab unius urbis nomine Graeciae, ἐρίηρον congruum, aptum, benevolum gratum ὄρνυται concitatur commovetur, οἶτον mortem, ἀλφηστῇσιν inventa-ribus excogitativis honorificis ἐπικλείουσι celebrant, encomia agunt, ἀκουόντεσ-σιν audientibus νεωτάτη ἀμφιπέληται de quibus dicitur perfici et absolvi ἐπιτολμάτω sustineat, toleret, ἐν Τροίῃ πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι sub distinctione est le-gendum et observatione. Nam non Ulysses periit in Troia. φῶτες viri ἀλλ᾽ εἰς οἶκον ἰοῦσα in hoc loco haec quidem absolventur: de Hectore autem apte intelli-guntur. κράτος nunc dominium significat, κόμιζεν cura aliqua dignabatur. ἠλακάτην instrumentum est ad conficiendam et apparandam lanam. ἐποίχεσθαι proficisci, θαμβήσασα obstupefacta admiratione concita, πεπνυμένον sapi-entem, βεβήκει progrediebatur ascendit, ἔνθεο θυμῷ inice in animo sapi-enter perfice. ὑπερῶια habitacula sunt sublimia edita, ὄφρα usque ad, donec οἱ ipsi ὁμάδησαν tumultuati fuerunt, ἀνὰ μέγαρα per domos σκιόεντα

umbrosa

Icarus Pater Penelopes.

κρήδεμνα vittas interpretor ego.

umbrosa propter altitudinem παρὰ λεχέεσσι in lectis ὑπέρβιον superbum vio-
lentam habentes vim, iniuriam δαινύμενοι convivantes epulantes βοὴ τοῖς cla-
mor strepitus, κιόντες venientes, proficiscentes καταχείετε obdormiscitis, sopore
iacentis correpti. ἀπηλεγέως rigidè et severè ἀποείπω patefaciam, ostendam
ἐξιέναι exite, pro ἐξέλθετε dicitur, ἄλλας δ' ἀλεγύνετε δαῖτας alias epulas
et convivia curate, in curâ habete ὑμὰ nempe ὑμέτερα vestra ἀμειβόμενος
ex successione mutuo sese suscipientes et ex alternatione quadam. δοκέει vi-
detur censetur, λωΐτερον melius, praestantius, κείρετε continuo comedite absu-
mite breviter ἐπιβώσομαι invocabo. παλίντιτα propter quae ex altero suppli-
cium efficitur, exsurgitque poena, ὦ quare. ὄλοισθε, deperitis morimini, ὀδὰξ ἐν χεί-
λεσι φύντες commordentes labra θαρσαλέως audacter et confidenter. ὑψαγό-
ρην grandiloquum, altaque proloquentem ἀμφιάλῳ circumdata undequaque mari
ἀγάσσαιο obstupescere aut clamares καίκεν τοῦ' ἐθέλοιμι privatam vitam
agere. Iove volente. non enim prorsus bonum est. ἦ φῇς num forte dicis βασι-
λευέμεν nempe βασιλεύειν regnare ἀρέσθαι adferre suscipere τιμηέστε-
ρος nimirum τιμιώτερος honorificentior praestantior ἔχησι habeat, δμώων
servorum domesticorum ληίσατο ληΐδεια proprie hostilium spoliorum congre-
gatio βίηφι violenter, cum violentia et acerbitate. Πολύβου παῖς Eurymachus | Spolia. Eurymachus Polybi filius.
ἀπορραίσει corrumpet, convellet, destruet, ναιεταώσης habitata ἐρέσθαι
interrogare, sciscitari ὁππόθεν id quod πόθεν unde! ποίης δ' ἐξ ex qua
quidem εἰς ὦπα in conspectum ἀγγελίην nuntium legationem. ἔοικεν simi-
liter fuit ἑὸν αὐτοῦ sui ipsius. χρεῖος debitum, νόστος reditus, in domos, ἐελ-
δόμενος cupiens optans, τόδ' ἱκάνει huc advenit profectusque fuit ἄφαρ velo-
citer οἷον pro ὅπως quo pacto θεοπροπίης augurij vaticinij ἐμπάζομαι
curo, aut aliquo prosequor mentis affectu. assequi conor ἐξερέεινε interro-
gavit sciscitatus fuit, ἱμερόεσσαν amabilem, pulcram. τρεψάμενοι con-
versi. ἕσπερον pro ἑσπέραν vesperam, tempus vespertinum, ἕσπερος
transtulit enim ipsam vesperam in vespertinam caenam. θάλαμος cubi-
culum κακκείοντες dormiturientes, proclivi somno prolapsi, δέδμητο

constructus

ædificatusq. fuit. περισκέπτῳ sublimi in quo quasi περισκέπτεσθαι datur nempe circumspicere. aut omnino circumspecto et viso, χώρῳ loco, μερμηρίζων excogitans in animo versans in multas partes animam excutiens divertens, αἰθομένας combustas, splendentes δαΐδας faces. lampadas, κεδνὰ sapientia, grata ἰδυῖα sciens callens τίεν honorabat ὦπος sub accentu circumflexo est efferendum ob antecephrasim quandam quam cum nomine, quod oculum significat, habet. ὦπος θυγάτηρ Euryclea. πρίατο emit, πρωθήβην primum vigorem ætatis habentem ἐεικοσάβοια centum boum digna. ἶσα æqualiter similiter κεδνῇ honorifica. ἔμικτο sese admiscuit ἀλέεινε observavit φιλέεσκεν diligebat, ὤϊξεν aperuit λέκτρῳ lecto cubili πύκα ποιητοῖο pulchrè constructo, ἔκδυνε exuit, πυκιμηδέος sapientis πτύξασα καὶ ἀσκήσασα cum cura et studio complicavit τρητοῖσι torno affabrè factis lororum alligatis nexibus. ἐπέρυσε traxit, compulit, κορώνῃ, qui et κόραξ etiam dicitur. nempe annulo, marculo, ἐπὶ δὲ κληῗδ' ἐτάνυσσεν ἱμάντι, quod a nobis κλεῖθρον nuncupatur. Duo enim hoc habebat lora dependentia per quædam foramina tum a dextris tum a sinistris ut claudi et aperiri posset. Nunc igitur ipsum κλεῖθρον extendit, et diduxit loro. κορώνῃ ipso marculo ianuæ οἰὸς ἀώτῳ ipso flore, et pulcherrimo ovis vellere. Intelligit autem vestimentum ex mollibus lanæ filis confectum βούλευε consultabat, πέφραδε dixit significavit.

Euryclea Opis filia.

claustrorum modus apud antiquos.

Scholiæ.

Scholia in secundam Odysseæ Homeri Rapsodiam.

Ἤρι ος quando, ἠριγένεια tempus matutinum ferens scilicet ipsum clarum mane, aut ἐν τῷ ἦρι γενομένη nempe sub vere genita quod est matutinum intervallum, et ῥοδοδάκτυλος dicitur nempe roseos digitos habens ab ipso matutino exortu et colore qui ad intervallum matutinum est, itaque aërem sub Epitheto exornavit ῥοδοδάκτυλος roseo colore prædita ex a parte formosa. Ἠώς. Diversa enim significat, nempe et ipsam corpoream Deam eo quod dicat Poëta Aurora. ἠώς

Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο
ὄρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσι
Ex lecto exsurgit Tithoni aurora rubenti
Adferat ut lumen Dijs et mortalibus almum.

Et significat ipsum ὄρθρον nempe matutinum tempus, quod sub nominis proprietate quadam dicitur ab hoc quod est ὀρθοῦσθαι nempe erigi et assurgere nos ex lecto et in domestica versari opera, ut quando inquit.

Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν
Aurora hinc croceo per terram spargitur ore.

Et significat etiam intervallum illud quod est a tempore matutino usque ad horam sextam quemadmodum est illud.

Ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ
Quando Aurora fuit, lumen venitque diei.

Et totam etiam diem significat, iuxta quam significationem dies intelligitur esse cursus solis ab oriente usque ad occasum, quando hic Deus suam in nos præsentiam objicit, nostrum nempe percurrens hemisphærium: ut

Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί

ἠοῖ τῇ προτέρῃ τότε Ζεὺς ὦρσε μάχεσθαι

Sub primā aurorā tunc Juppiter excitat arma.

Et illud etiam:

Ἤματι τῷ προτέρῳ ὅτ' ἐμαίνετο φαίδιμος Ἕκτωρ

Inde die primo insanivit ut inclytus Hector.

Et utrumq. etiam simul nempe diem et noctem significat juxta quam significationem et ab ipsis mathematicis usurpatur. sicuti est illud. ἠὼς δέ μοι ἐστὶ ἤδη δυωδεκάτη ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα scilicet, Aurora, ut pote, dies mihi est hic duodecimus quando in Ilion adveni. Et ipsum etiam Solis ingressum et aditum significat. et locum unde exoritur Sol secundum Aristarchi sententiam quemadmodum plane est illud

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς

οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν

οὐδ' ὅπῃ ἀννεῖται

O Socii haud scimus qua nox, qua auroraq. substat

Aut ubi sol rutilus sub terram promicat ipsam

Aut ubi consurgit.

Nunc enim, quemadmodum inquit Crates quatuor mundi partium meminit, nempe Arcti, meridiei, Orientis, Occasus, quae mutuo ex opposito adiacent. Nam Arctos meridiei opponitur. et oriens occasui. ἑζέσθην ἐλέσθαι ἑσσάμενος indutus. ἔδυ circumdedit accinxit. παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος pro sceptro hastam gerebat, ut qui non pro rege susceptus fuerit. κνῆσε πόδας ἀργοί hab consuetudinis et ritamenti gratiā. ἀργοί albi aut celeres. θεσπεσίην divinam, admirabilem, κατέχευεν effudit deiecit. θηεῦντο conspicientes speculantes admirabantur. θῶκον hunc quidem Attici θᾶκον appellant, est enim sedes εἶξαν concesserunt. Αἰγύπτιος nomen est proprium. κυφὸς incurvatus inflexus ἤδη callebat, faciebat, εὔπωλον formosis quidem equis utentem, πύματον δ' ὡπλίσσατο δόρπον, aut ipsum qui sub ordine

et serie

& serie postremus est, aut hoc sanè dixit prudenter meditans, aut sex quidem postremum ultimumq significat, aut δόρπον ὕστατον dixit, quia non quidem Cyclops comedit abiiciens simul cum aculo vitam, quemadmodum dicitur δόρπον quod apud nos δεῖπνον dicitur, Tribus enim utebantur pabulis, primum quidem ἄριστον vocabant, quod manè ferme vel quum tenebræ essent, assumebant; & nominabatur quidem ἄριστον aut quia ii qui illud assumebant, εἰς τὴν ἀριστείαν proficiscebantur, nempe in fortitudinem & strenuitatem aut ab hoc, quod est huiusmodi primum cibum προσφέρεσθαι scilicet quod offeratur ad edendum Et ab illo ἄειρε hac dictio denominata est, quod est adfer, præbe, quemadmodum est illud

Tres comedendi ordines & tempora.

μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα πότνια μῆτερ.

Ne mihi iucundum vinum præbe inclyta mater.

Secundum cibum δεῖπνον vocabant, quod est μεθ' ὃ ἔδει πονεῖν nempe post quod oportet laborare, nimirum operari, opusq aggredi, Nam ut assumebant hunc huiusmodi cibum rursus in bellica opera sese exercebant, Tertium autem cibum δόρπον appellabant, quod nos δεῖπνον dicimus, et est secundum etymon ἰαύερπον quando εἰς τὸ ἰαύειν proficiscimur nempe ad dormiendum. Æschylus verò ordinis horum nominum testis est, dicens:

ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα αἱρεῖσθαι

Ientacula, prandia, cænam accipere.

ὁμίλει conversabatur, commorabatur, ἔχον nempe εἶχον continebant, exercebant, curabant, ἔργα rustica, & agriculturæ ἵκει venit, θόωκος consessus congregatio ἤγειρε collegit concitavit. προγενέστεροι seniores στρατὸν ἐκλυον sive hostes intelligit aut eos qui cum Ulysse erant, ὅτε quando πρότερος primus, δήμιον populare publicum, πιφαύσκεται præsignificat, manifestat, ὀνήμενος iuvamen ut utilitatem suipsius acciperet. Hic autem illud ἂν deest nempe ὀνήμενος ἂν nimirum esset auxili

ator

ator, adiutor μενοινᾷ sua propria cogitatione exoptat, cupit, expendit, et in animo volutat, φήμῃ celebratione et fama μενοίνησε alacri animo constituit καθαπτόμενος sive qui sermonem ad ipsum dirigit, respondet, protendit, abjicit aut mansuefaciens et demulcens εἴσεαι addisces ἔκλυον audivi, percepi, intelligo, πιφαύσκομαι praenuntio, proloquor, ὤμοι κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ post hoc quidem est substituendum δοιὰ duo, aut bifariam, dupliciter, τοῖς δέ σιν in his quidem, διαρραίσει corrumpet vastabit, ὀλέσει, subvertet, destruet, ἐπέχεον cum nocumento, et violento quodam damno, et contumelia invadebant, proficiscebantur, irruebant ἀπερρίγασι pertimescunt, metuunt, horrent, ἐεδνώσαιτο dotes et munera dabit, et propriè quidem ἔδνα sunt munera illa quae a sponso sponsae dantur. Nunc autem abusivè existit haec dictio pro opes et opulentam dabit supellectilem, ᾧ cui sane, κεχαρισμένος dilectus, iucundus, πωλεύμενοι accedentes, conversi, venientes, ἤματα πάντα omne quidem tempus ἱερεύοντες sacrificantes ὄϊς oves, πίονας pingues εἰλαπινάζουσι sub quadam congregatione epulantur festum celebrant peraguntque μαψιδίως frustra incassum κατάνεται absumuntur, deteruntur. ἢ κ(αὶ) ἔπειτα revera enim postquam manum admoverint, postquam aggressi fuerint, λευγαλέοι invalidi imbecilles δεδαηκότες scientes callentes, ἀλκὴν modum ipsum auxilij robur, ὀμυνάμην pro ἠμυνάμην repuli deieci, ἀνσχετὰ ~~in~~tolerabilia quae sustineri plane possunt τετεύχεται apparata sunt et constructa, διόλωλε perijt subversus fuit, νεμεσσήθητε reprehensibilem et abjiciendum censetis iudicatis. περικτίονας circumhabitantes ναιετάουσιν habitant, ὑποδείσατε pertimescite, exhorrete, μεταστρέψωσι invertant, mentemque mutent, ἀγασσάμενοι ira perciti, succensentes Θέμιστος Deae nempe Θέμιδος ipsius Themidis Deae ἥ τ᾽ ἀνδρῶν ἀγορὰς. Quidam arbitrati sunt esse in congregationes et convocationes induci, ingeri Themidis simulacrum σχέσθε abstinete, opemque ferte, auxiliamini, Amicitia enim congrua et idonea est

Ἕδνα propriè dona quae sponsus sponsae dat.

contra pro-

contra procos, quare sensus erit ἀπόχεσθε abstinete, τείρεσθαι vexari, deprimi δυσμενέων hostium, κακὰ ἔρεζεν mala exequebatur efficiebat, τῶν nempe ὑπὲρ ὧν supra quæ, propter quæ, ἀποτινύμενοι supplicio affecti ῥέζετε facitis operamini δυσμενέοντες ægrè ferentes hostili animo existentes, ὀτρύνοντες instimulantes, concitantes, agitantes πρόβασιν adventum, accessum, quod nomen a verbo προβαίνειν deducitur, et ex hoc ipsam οὐσίαν significat nempe substantiam et facultates τίσις compensatio et æqualis redditio, πρόβασιν ipsam quadrupedum possessionem προτιπτυσσόμεθα complectemur, nos invicem abiicimus, aut insuperabiles erimus ἀπαιτίζοντες repetentes, postulantes ἕως usq. ad, quando ἀπρήκτους nempe ἀπράκτους imperfectos, vix excussos, δάκρυα ἀναπρήσας lacrymarum multitudinem emittens, effundens, οἶκτος lamentatio tristitia, ἀκὴν ἔσαν tranquilli steterunt, siluerunt, ἀμειβόμενος ex alternatione quadam respondens, ὑψαγόρη magniloque μένος ἄσχετε qui potentiâ et viribus contineris, ironicè quidem impotens, μῶμον reprehensionem, vituperationem, ἀνάψαι acquirere afferre, inducere, κέρδεα dolos versutiam, aut sapientiam, ἔσιν ad veniet, aderit, ἀτέμβει, privat, aufert, ἔλπει in spem adducit περίμετρον magnum μεταμώνια vana, irrita quæ non prosunt, quæ nihil sunt iuvantia μώνια et μώλια dicuntur, quemadmodum νίτρον λίτρον et πνεύμων πλεύμων dicitur, ταφήιον nempe ἐντάφιον funebrem per quandam τοῦ η parathesin quemadmodum πολεμήιον dicitur, νεμεσήσῃ reprehenderit, conquereretur, ὄλοιτο ἄτερ σπείρου quasi digno vestimento et congruo ille careret, Non enim prorsus veste privatus fuit, σπεῖρον indumentum, quod potest σπειρέειν nempe convolvere, circumdare, aut illud quod ipso est accinctum involvere obducere, aut vestimentum quidem est sicuti dicitur illud

σπεῖρα κακ' ἀμφ' ὤμοισι

Vestis fœda humeros cingit.

ἔνθα tunc sub temporis significatione. ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκε νύκτας δ' ἀλλύεσκε schema est quoddam periphrasis ἐπὴν δαΐδας vilitatem quandam

21

Penelopes μυθολογία

heroicam significat ipsa tedarum et facum oppositio. Penelope quidem uti dicunt est ipsa philosophia. malus autem textorius est propositionum expositio et obiectio, ex quibus syllogistici nexus profluunt, et analysis quae ita quidem nuncupatur ab Philosophis, quam nunquam percipiunt, et intelligunt crassi et lascivi proci, quamobrem ipsam repimunt tesseris, rursus proiicientes seipsos. Divinum enim opus est hoc huiusmodi; quare et ipsa Penelope inquit deinceps deum inspirare et adflare ipsi, quae ad huiusmodi telam pertinent. Famula autem est, methodus syllogistica, quae Philosophiae adhaeret, et faces sunt, ipsae cognitiones. ἐπ' ἤλυθον ὧραι horae quidem quarti anni, quomodo autem antea dixit. Velocius progreditur quartum ut sanè absolveretur, et perficeretur, καὶ τότε δή τις ἔειπε. Poetica est haec distributio in ea quae sequuntur, ut etiam et famularum exitium et interfectionem paratè et expeditè suscipere-mus. Manifestatur autem ipsa servilis infidelitas, καὶ οὐκ ἐθέλουσ' ὑπ' ἀνάγκης ipsam procorum violentiam ostendit, σοὶ δ' ὧδε μνηστῆρες ὑποκρίνονται pro ita quidem respondent, et observa quod ipse Antinous sibi ipsi omnes procos insimulat, quasi ipse sane sit omnes. meritò igitur ante omnes ipse dixerit ab Vlysse percussus. ὅτεω cui veluti Πηνελόπεω dicitur. De sententia autem Icarii in aliis locis ostensum est.

> ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
> Εὐρυμάχῳ γήμασθαι
> Iamque pater fratresque iubent sibi ducere pulcram
> Eurymacho uxorem.

εἰ δ' ἔτι ἀνήσει γε πολὺν χρόνον. ipsa antapodosis est in hoc.

> Ἡμεῖς δ' οὔτ' ἐπὶ ἔργα
> Et neque nos ad opus.

Reliqua verò sub medio sunt, aut Antapodosin redolet, illud ἢ, quemadmodum consuevit facere veluti est illud

ἀλλ'

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας

Sed si forte dabunt divini munera honoris.

ὅ οἱ πέρι δῶκεν Ἀθήνη amare quidem et acerbe attingit Penelopem et lacerat. Illam enim encomijs vult diffluere. κέρδεα dolosas astutias, non autem veluti nos opum studium, et aviditatem, ἐϋπλοκάμιδες dicitur ἐϋπλόκαμος, quemadmodum ἐϋκρήπις et πολυψήφις fiuntur. ἐϋπλόκαμός τε Μυκήνη Inachi filia et Meliae Oceani filiae. ἐν στήθεσσι τίθησι θεὸς divinitus edoctam introducit ipsam Penelopem. sed non ita quidem ut sensus, sed irritat et provocat Telemachum ut matrem ipsius depellat deijciatque. Siquidem propter propriam utilitatem et commodum, quae Telemachi sunt, contemnit. Est autem et hoc fama quaedam ita apparata et constituta. Revera enim ita contigit procis. ἡμεῖς δ' οὔτ' ἐπὶ ἔργα, hoc enim in malum est procis quum tamen licuerit ipsos conversos servari. sed enim ut simul prorsus inventi fuerunt, exitium et cladem fuerunt passi, Et est sane hic ultimus Antinoi sermo, tanquam quaedam contra procos praeposita exclamatio et enuntiatio. Ἀντίνο' sapientiam et brevitatem et vim cogitationum Telemachus manifestat. ἥ μ' ἔθρεψε extensionem quandam significat legitimi amoris et studij, illud, haec me nutrivit, quoniam plurimae matres nutricibus exponunt filios, quamobrem propter indefessam εἰλήθυαν nempe quod sine labore alantur, contemnuntur. δώματος ἀέκουσαν ἀπῶσαι et hic quidem artificiosam nimis particularem quandam contradictionem constituit. De deceptione autem et de pollicitatione tacet, et observat quidem ubi potissimum pudorem deponat Antinous, et ad hoc ipsa contradictio efficitur. Est enim facile et commodum in ipsa multitudine sermonem de natura ipsa vicissim contra ponere substituereque, et observa ipsam hypallagen verbi. Hic enim nudè dixerat dimitte, et hic nequaquam inquit dimittere et depellere. Et hic quidem matrem, hic verò, haec me peperit; haec me nutrivit. Et ad haec illud ἐνὶ τῷ observa, κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν in quibusdam commentarijs ipsa harum rerum expositio peccat. Dicunt namque morem fuisse.

si ali-

Mos dimittendi uxorem. quis sponte uxorem domibus expulisset, pecuniam persolvere, et expendere suis ipsius consanguineis, et patri. Inquit igitur, malum est, et quasi incommodum et ignobile si ex ædibus matrem depello. Nam multa, inquit, persolvam Icario. Sed melius quidem est ita distinguere. malum est mei multa persolvere, et non de pecunijs loquitur, sed de iis quæ subducta et exempta sunt, Ex patre enim mala percipio, cognosco Alia autem Deus dabit. Præterea per quoddam hyperbaton, si forte ipse Icario dimittam matrem, quia si de pecuniā fuisset loquutus certè sordidus et parcus apparuit circa patrem. Non enim ignoravit neque reiecit ipsum. Præterea inquit:

Οσσόμενος πατὲρ ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσί.

Mente patrem inspiciens rerum sub pondere magnum.

Callimachus. Aliter autem secundum Callimachi sententiam.

χαλεπὴ μῆνις ἐπιχθονίων

Prava est ira mortalium.

Aristarchus. Quamobrem Aristarchus abolet illud ἔσσεται, quasi non huiusmodi ego sermonem effuderim, protulerim. Nam supervacaneus quidem est, et non ad huiusmodi apodosim ἀρήσετ' ἐριννύς, hoc dicebant posteri, ἐπιθειάζειν τῷ θεῷ, quod est iram Deorum in aliquem implorare voluti, παραφέρει κράτει nimirum supera robore, ἐνίπτω. quod est cum vehementia quadam et cum minis loqui, convitiabor, reprehendam, criminabor, τῷ δ' αἰετῷ ipse adventus ex monte, reditum Vlyssis ex agris et illius filij significat. Et ille in principijs tranquillus volatus et placidus, descensum etiam cum tranquillitate, et migrationem, et illarum tumultus per forum etiam tumultum significat, qui per urbem futurus erat, et illa alarum protensio, et explicatio, perniciem et exitium subditorum, et hoc, quod est lacerare genas ipsam procorum significat cædem. Et per illud, quod est ab oriente erumpere duos quidem superare, et procos quidem in tenebras prolapsuros ἕως μὲν

donec

ὀλόμην nam quemadmodum recentiores nempe se ip-
sam suspendisse. cum falso Nauplius mortem Vlyssis
illi indicasset οὕτω γὰρ καὶ ἐγὼν ὀλόμην. perij
obij. σήτε ἀγανοφροσύνη. Honeste quidem tacuit
strangulationem et laqueum, ut quod causa fuerit eius
quæ vita ipsa extrasunt, ἀγανοφροσύνη mansue-
tudo, mentisque benignitas, et modestia. ἑλέειν circum-
plicare, complecti ἐφορμηθην alacri animi studio exti-
tit. inuasi γενέσκετο. fuit affectumque altat. κηρόθι
ex corde. ex animo. κρυεροῖο. quod frigus et rigorem
inducit εἰν ἀΐδαο. nempe ἐν ἄδου. in inferis. τεταρπώ-
μεθα. saturati fuimus. et completi εἴδωλον. imaginem
et repræsentationem ad solum visum obiectam. non au-
tem ad alium sensum ἀγαυή. splendida. fulgida,
κάμμορε. infortunatissime. infelix ἀπαφίσκει decipit,
δίκη. Lex ἶνες. Nervi ἔχουσι continent δαμνᾷ
corrumpit. λείπει relinquit, prætermittit πεπότηται
involat, λιλαίεο. desideras, appetis. τεῇ tua, ἐρέοιμι inter-
rogabo. sciscitabor. ἴσθαι scias. percipe, perpende, προμνηστῖναι
idest unam ordine post aliam, aut in se mutuo consequentes
sive in ordinem. et est quidem secundum etymon idemquod
προμένετιναι ab hoc quod est προσμένειν nempe expectare
alteram, ἐξαγόρευον, manifeste et aperte loquebatur,
ἐρέεινον interrogabam τυρω Salmonei filia εὐπατέρειαν — τυρω Salmonei filia.
sub consuetudine loquitur. Nam impius quidem fuit
Salmoneus, qui in Iovem tonitrua excussit, et fulmina — Salmoneus
quapropter fulminibus periit ictu. Nunc igitur vocem — ictibus fulminum periit.

quadam ποιεῖν, εὐπατέρειαν. bonum parentem habentem
ἔκγονος filia Σαλμωνῆος. nempe Σαλμωνέος. Salmonei
Ἐνιπῆος. Et Enipeus fluuius Elidis et Thessaliæ.
Quomodo igitur in Iliade ipse Axius, aut ipsius Axij
aqua adducitur. hic vero Enipei corpus. Unde et amabilia
hæc πωλέσκετο devoluuntur, inuertuntur, in obitijs
quidem et profluxibus vorticosi fluminis concubuit,
iucundè. Lasciuè simul et contentiosè in medio flumine
ipso, cuius est Τυρὼ quæ Neptuni sibi communicationem
optauit, tanquam desultantis, et deludentis. At προχο-
ῆς. dixit quæ sunt ostia fluminum, quibus sese in mare
exonerant πορφύρεον. nigrum. οὔρει nempe τῷ ὄρει.
λῦσε δὲ παρθενίαν ζώνην. pro διεπαρθένευσεν. deuirgauit.
florem decerpsit Virgineum. φιλοτήσια ἔργα. amatoria
scilicet mixtionem congressum. περιπλομένων. progredientis,
circumeuntis ἀποφώλιοι. adulterini. steriles filijs caren=
tes infructuosi κομέειν. cura aliqua dignabantur ἀτιτα-
λλέμεναι ex incunabulis nutrire, educare, ἴσχεο. con=
tine, siste, ὀνομήνῃς. dixeris, exposueris ὑποκυσαμένη.
grauida effecta. θεράποντε Διός. Reges. etenim bellicosi, &
strenui θεράποντες. dicuntur nempe Martis famuli,
proles^{que}. εὐρυχόρῳ latam regionem habenti. magna
Ἰαολκῷ est Iolcos urbs Thessaliæ πολύρρηνος. multos
greges habens, pecorisque diues, ἱππιοχάρμην. siue gaudentem
equis, siue in equis pugnantem, εὔχετο, dicebat, gloriabatur.
ἰαῦσαι dormiuisse, accubuisse οἱ πρῶτοι θῆβης. Post hos
enim Cadmus est. πύργωσάν τε. et muro cinxerunt sepi=
mento vallarunt. ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτον propter Phlegya.
Post enim mortem ipsorum. Eurymachus Thebas
com=

ἔκγονος

Enipeus fluuius.

Axius fluuius in Iliade.

Τυρὼ.

οὔρει mons

Iolcos urbs Thessaliæ.

Eurymachus

composuit, concinneq. construxit. quemadmodu Pherecides in decimo libro testatur θυμολέοντα. nempe λεοντόψυχον. Leonino quodam animi robore et generositate preditum ναίειν habitare. τὴν δὲ μετ' ἀλκμήνην ἰδού ἀμφιτρύωνος ἄποινιν. Teleboe verò exercitus impetu furentes Electryonis filium occiderunt de gregibus contendentes. et cum Amphytrion inconsulto et invite Electriona interfecisset in Thebas pergit. Almene vero electrionis nubere noluit, quin prius Teleboas puniret, ob ipsius fratres. Promisit autem hoc Amphytrion, et ipsam in thebas transferens in Teleboas proficiscitur. et sub eadem quidem nocte Iuppiter in Amphytrionis edes progreditur, habens Carchesium simile Amphytrioni. Almene vero existimans suum ipsius esse thalamum, de Teleboïs interrogabit si forte illos occiderit. et Iuppiter quidem illi retulit, exposuitq. quecumque sanè contigerant, et ipsi etiam Carchesium dedit. dicens, a militibus suscepisse in fortitudinis premium, quod libenter et iucunde ad hec deponit, et consurgens Iuppiter abscedit. et sub eadem nocte adveniens Amphytrion illi se miscuit, et genuit Almene ex Iove quidem Herculem. et ex Amphytrione Iphiclum. Hanc historiam Pherecydes scribit. κρείοντος. nempe κρέοντος est enim Creon. nomen proprium. μένος αἰὲν ἀτειρές. ita intolerabilis plenus. ἐπικάσην. apud tragicos quidem Iocasten et Megaren Creontis prestantissimi et magnanimi, filiam. quam habuit Amphitrionis filiu. Creontis Thebanum Regis, que nupta Herculi qui filios quidem habuit Teriomachum et Creontiaden. Qui cum in inferos proficisceretur, et in dirum cani certamé. Lycus Thebanum tunc rex persuasus ab Iunone

Teleboe Electryonis filium occidunt.

Amphitrion.

Almene.

Herculis ex Iove. et ex Amphytrione Iphiclus

Pherecides.

Iocasten et Megaren.

Creon Thebanu Rex.

Teriomachus et Creontiaden

Lycus Thebanu Rex

146.

Herculis filios sobuerit ut sacrificaret. Non enim ipsum existimauit rediturum. At profectus et rediens Hercules ipsum interfecit. et omnes illius filios, et in insaniæ furorem actus ab Iunone, suos proprios interemit, et interfecturus etiam erat patrem suum Iphiclum, nisi Minerua preueniens id cohibuisset. Hæc Historia apud Asclepiadem est. μητερατ' οιδιποδαο ιδον καλην επικαστην. Laiu Œdipodis pater ab Phœbo oraculum accepit, filium a se generatum, vitam ipsi ablaturum, et Epicastem ducens vxorem, genuit Œdipodem, quem exposuit Sicyone, et equorum pastores suscipientes aluerunt ipsum. Et cum iam prouectus ætate Œdipus extitisset venit in Thebas, parentes suos inquirens, et inconsultò interficiens patrem in coniugem, non cognoscens, ipsum Sphingis enigma dissoluens, quod inquit, quid bipes, quid tripes, quid quadrupes. et dicimus quidem bipedem esse hominem, et tripidem esse senem baculo annixum, et gradientem, et quadrupedem esse puerulum reptantem, et tractum. Nati autem fuerunt ex his Eteocles et Polinices. et filiæ Antigone, et Ismene. Postremò iam cum Iocaste cognouisset filio perperam nupsisse. se ipsam suspendit, et Œdypus quidem ex Creonte effugiens. et euadens, venit in Atticam, et habitauit Hippea Colonon nuncupatum. et supplicauit in templo Deorum Cereri, et Vrbis tutatrici Mineruæ et Ioui, vt adductus ab Creonte Theseus incredulus haberetur. nullamque illi fidem darent. et tandem senio iam moriens Œdipus hortatur Thesea, vt nulli Thebanorum sepulcrum ostenderet. nam ipsum etiam mortuum verberibus indignè afficere, et omni dedecore deturpare volebant. Hanc quidem Historiam Androtion refert. εξεναριζαο interficiens. perimens.

Asclepiades.

Laius Œdipodis Pater

Epicastes genuit Œdipodē

Œdipus

Enigma quod ab Œdypo propositū.

Eteocles et Polynices filij. et Antigone. et Ismene filiæ.

Œdypus ex Creonte fugiens habitauit Hyppea.

Hypea Colonon nuncupatum.

Theseus

Androtion refert Œdypi historiā

perimens. νοοιο nempe τȣ νȣ mentis. ἀνάπυσα. in οἱ omnibus loquitur et interrogat, aut manifesta, et potentia significat πολυκρατω multas ἀρὰς noxas scilicet et damna, execrationesque Deorum passus, tolerans[que]. Aut. non enim amabilis fuit, et charus. Et ita id consequens sit, Subiecta rei θεων ολοας δια βȣλας et quod sequitur est. Dolores, et mala passus fuit, obque mala Consilia; et in Ciuita Cadmeorum regnauit. Non autem ob Mala Deorum consilia, et vota regnauit. ϖυλαρτω. qui portas ipsas Valide, et potenter adaptat, et concludit. ἀψαμένη annectens, alligans. αἰπὺν altum, sublimem, terra separatum, et semotum. ἐξ ἀχεῖ σχομένη. cohibita, coacta, ἀμφιονος ιασιδαο aliud sic est Amphion Argiuus Iouis filius. νεσορατε χρομιοντε. quomodo igitur in Iliadis duodecimo libro Nelei praestantissimi praetantissimi filij fuerunt ex alijs, et alijs. ex Cloride verô tres. Aut nunc iuxta quandam praestantiam trium meminit, Chronij quidem tanquam senioris. et Perycdymeni tanquam fortissimi et Nestoris tanquam sapientissimi, κὴ Χλωριν ειδον περικαλλεα. τὴν ποτε Νηλευς γημενεον δια καλλος ἐπει πορε μυρια ἑδνα ὁπποτατην κȣρην ἀμφιονος. Neleus quidem Neptuni et Tyrus filius expulsus ab Pelio fratre suo ex Iolco in Mesené profectus fuit Peloponnesi, et ab incolis accipiens Pilon condidit, et duxit Chlorim Amphionis Iasi. et Proserpina Alij filiam. et Rex quidê fuit non solum Pyliorum Verum etiam eorum, qui in Orchomeno habitabant, et fortunatus felix[que] efficitur. Hanc Historiam scribit Pherecides ϖερικλυμενον τ' ἀγερωχον. Hesiodus sunc Peryclemenum narrat, munus suscepisse ab Neptuno vti se ipsum in animalis, aut arboris. sicuti vellet. imaginem

Cadmei.

Amphion Argiuus Iouis filius

Neleus Neptuni filius frater Pelij.

Pilon condita à Neleo

Nelei proles et dignitas narrat. a Pherecide

Hesiodus

transformaret. ἀλλέρωχον nunc quidem significat illum, qui nimium facile in id quod vellet poterat transmutari et transfundi. μνώοντο memineunt. μελάθρου nunc tra- bem significat. ὁπλοτάτην iuniorem. ἐρχόμενος urbs est Bœotiæ. περικτίονες circumuicini. ἐυρυμέτωπος la- tam frontem habentes. φυλάκης. Vrbs est Thessaliæ. ἐλάσσειεν. abegerant expulerant. ἐκ φυλάκης ἐλά- σσειεν. Tyro enim venit ad Deionea auunculum, qui il- lam suscipiens et continens in Thessalia fratri Crytheo dedit, quæ iam ex Neptuno habuerat Neleum, et Peliam. Hic igitur Neleus ab Iphiclo Phylaci Deio- nei filij, bona matris petiuit, qui neutiquam illi dedit. Melampus verò Amythaonis filius Draconibus aures purgatus, et purificatus fuit, vt animalia irrationalia subintelligeret, et perciperet, ipse Iphicli boues expulit contendens, vt Pero duceret Nelei filiam et Biantem eius fratrem comprehendit, et in carcerem iniecit, deinde et cum vermes disserentes subaudiret, intelligeretque parum quidem abesse a trabe, iussit illum adduci, cumque illud habitaculum deorsum deferretur, et demitteretur, id ediscens Iphiclus, promisit Melampodi boues, si ab generandi sterilitate sub artis cuiusdam studio se- moveret. Et Melampus ab vulture causam ediscens ipsam, et quærens illam machæram sub Schedri cortice occultatam, quam adtulit Phylacus Iphyclo magis abscindenti, et dissecanti, quadrupedes, et sacrificans Dijs qui quadrupedum connexionem indicauerant et edocuerant, ipsum Iphiclum patrem Protesilai, et Podar- cis fecit.

ἐρχόμενος Vrbs est Bœo- tiæ.

φυλάκης Vrbs Thessa- liæ.

Critheus

Neleus et Pe- lias ex Nep- tuno deiue proles

Melampus Amythaonis filius.

Tunc peperit Pero summa in miraculum cunctis
Quam vicini omnes memorant, neque demum Neleus

Ubi illum dederat, quam lata fronte iuvencas
Pelleret ex Phylace Iphicli de robore summo.

Neleus igitur Neptuni filius habuit filiam Pero nomine pulchritudine quidem praestantissimam, et speciosissimam et nulli hanc ad nuptias dederat, nisi prius ex Phylace Matris Tyrus boues expelleret ab ipso Iphiclo. Cum igitur omnes id dubitarent, nec audaci aggrederentur animo Bias Talai filius solus promisit id se praestare. et fratrem Melampoda hortatur, ut tantum opus susciperet. qui quidem cognoscens velut vates, annum se fore captum et inclusum, in Othrim proficiscitur ad boues. At custodes tunc temporis bubulci furantem ipsum comprehendunt, et Iphiclo tradunt. Qui quidem alligatus servabatur adiunctis sibi duobus famulis custodibus, viro nempe et muliere, Etenim vir ipsum benignè et mirificè curabat, et tractabat studiosè; Mulier verò asperiùs et tristiùs. At postquam annus parum ad finem procedebat. Melampus audit desuper vermes secum disserentes, et exponentes se trabem devoraturos, et absumpturos. Quod intelligens vocavit ministros, et iubet illum efferri ex lecto, et inde illum assumant mulier ex pedibus, et vir ex capite, qui ita illum attollentes, et ducentes extrahunt, efferuntque. Interim verò trabs illa perfringitur, et in mulierem incidit, et illam interimit. Vir autem id annunciat Phylaco, et Phylacus ipsi Iphyclo. quod contigerat. Qui tunc profecti ad Melampoda, interrogant ipsum, quis esset. qui verò dixit se vatem esse; et illi boues ipsi pollicentur dare, si artem aliquam. et machinamentum inuenisset Iphyclo ad filiorum generationem, et fide data, haec promittunt. Etenim Melampus bovem sacrificans Iovi, dividit partes omnibus avibus, quae quidem

Pero filia Nelei.

Bias Talai filius

omnes proficiscuntur, et abeunt, praeter vnum vulturem. Et tunc Melampus interrogat omnes aues, si qua vel nouerit artem modumque, quo Iphyclo filij nascerentur. Quae cum omnes id dubitarent, adducunt illuc vulturem. Hic autem causam prolificationis et generationis ex orbitate statim inuenit. Cum enim insectaretur Phylacus cum Machera Iphiclum qui adhuc iuuenis erat, eò quod ipsum absurdum huiusmodi et scelus patrantem cognouisset, praeterea Phylacus cum illum non comprehenderet, neque assequeretur, ipsam macheram in quandam Acherdon affixit. proceritque in cortice firmius haesit. et Iphiclus tunc metu perterritus nequaquam amplius filios progenerauit. Iussit igitur tunc vultur illam macheram, quae in Achedro haeserat, deducere, et abradens rubiginem, et detergens. Iphyclo illam dedit. et cum vino mixtam decem dierum spatio, illam biberet. ex quo illi filios genitos facile fore spondet. quod, vt praestitit Iphyclus, prolem valide suscepit. et habuit Podarcem filium, et tunc praeterea boues dedit Melampodi, quas suscipit, et ipsam fratri Bianti ad nuptias. et ipsi quidem filij fuere Perialces, et Arcius, et Alphesibea, Haec historia est apud Pherecydem in septimo libro

Podarces filius Iphycli.

Perialces. Arches et Alphesibea. Biantis filij.

Pherecides in 7.º libro.

βιης Ιφικλειης. periphrasis est. pro Iphycli. ἀργαλέας difficiles, rigidas, ab eo autem quod continet, et ab extrinseca causa, id ipsum quod continetur denominauit. Nam ipsae boues nequaquam ἀργαλέαι sunt. Sed studia, et libamina et faedera, quae in ipsas impenduntur, ἐξελάαν expellere, χαλεπὴ. mala, grauis, acerba, ἐξετελευντο. nempe ἐτελειοῦντο. perfecti, et peracti fuerunt, ἂψ περιτελλομένου. ἔτεος percurrente ~~anno~~ anno, in futurum,

proce=

procedente amplius iterum διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ fato constitui suscepit finem: κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα. Horum Pollux quidem ex diuino semine genitum fuisse recensetur. Castor verò ex Tyndareo ἀγροι ὦται agrestes, rustici φυσίζωος quæ ad vitam spirat, et salat. τοῦ ἀμφοτέρω interfecto Castore ab Meleagro aut Pollinice. Pollux, qui incorruptibilis fuit. eo quod ex Ioue fuerit genitus: patrem suum aduocauit, vt illi committeret, et concederet, vt immortalitatem cum fratre distribueret, vt sub die vterque aliquando in Olympo degeret, et moraretur. aliquando in inferis. ἑτερήμεροι sub diem vtriq. aut vnu post vnum diem viuente. τεθνᾶσι pereant, moriantur. λελόγχασι habent, sortiuntur τοῦ δὴ μήκιστον. Tityus in nouem iacebat iugera, cum genitus ille e terra esset. hos autem æquiparat, et assimilat hominibus μινυνθάδιοι paruo vitæ tempore constantes, ἐννέωροι, mouentes, nouem constantes annis. εὖρος latitudo ἀτὰρ μῆκος γενέσθην ἐννεόργυιοι. diuina quidem perfectio et exaltio; nam analogum corpus est, et absolutum, cuius latitudo in quarto gradu est longitudinis ἐννεόργυιοι quo nouem ὀργυιῶν sunt. est enim ὀργυιά. ipsa maximum extensio, nempe vlna, φυλόπιδα pugnam πολυάϊκος multos impetus, et motiones habentis ἀπειλήτην, sese stabiliuerunt, firmaruntque, ὄσσαν ἐπ' οὐλύμπῳ. vt ex æquali magnitudine præliarentur. Abolentur autem tanquam impossibiles. Veruntamen conati fuerunt, et ausi inquit, non autem præstiterunt, neque fuerunt exequuti, ὄσσαν. est Ossa mons Thessaliæ. ὀλύμπῳ. est

Pollux. Castor.

Castor interfectus a Meleagro

Pollux incorruptibilis

Pollux ex Ioue genitus.

Tityus genitus e terra.

Ossa mons Thessalia

Olympus mons Macedoniæ. πήλιον mons Thessaliæ

Olympus mons Macedoniæ πήλιον mons est Thessaliæ θέμεν imponere, miscere. ἐξετέλεσσαν perfecerunt, pere-gerunt, impleuerunt. ἥβης μέτρον ἵκοντο. pro iuuenes effec-ti fuerunt. ἀλλ' ὄλεσσεν διὸς υἱὸς recentiores quidem dicunt. Artemin ceruam dimisisse in ipsos, et eos qui

Artemin

ceruam dimiserant, sennutio interfecisse. ἄμβατος qui facile scandi potest. ἴουλος. capillos primos, qui in genis enascuntur. ἴουλος. vocat, eo quod si qui hos habent. primum iam incipiunt ἰέναι. nempe ire, pro-gredi omnino in vniuersum. Vnde et quod perfectum est ita intelligit πυκάσαι, occultare. ἐυανθεῖ efflorescen-ti, egregiè munifica, λάχνῃ. Lanugine, crinium procrea-tione, ἀπόνητο vtilitatem habuit, et commodum. Φαίδρην τε. Phædra Minois filia vxor Thesei καὶ λήδην εἶδον

Phædra Minois filia. Thesei vxor

Tindarei vxorem, Iuppiter enim cum Ledam amas-set, Thestij filiam in Cycnum se ipsum transformauit et inuolans, illi se miscuit. Statuto verò tem-

Iuppiter in Cycnum transformatus amore Leda Thestij filiæ quæ Ouum peperit.

pore illa ouum peperit, et in arcam deposuit. Vnde con-tigit ipsos Dioscuros et Helenam nasci. semine autem Iouis, sed compellatione et fama Tindarei. Hæc histo-ria quidem apud recentiores inuenitur. Φαίδρην τε

Theseus Aegij filius. qui genuit Hyppolitum et Phædra.

Theseus Aegij filius habuit filium Hyppolitum ex Helena Amazone Antiope. et duxit Phædram Minois filiam, qui Cretensium Rex tunc erat. Timens autem nouercæ insidias misit Athenis filium Hyppolitum, vt

Pitheus.

Trezenijs imperaret. Erat enim ipsi propter Pithei odiū et inimicitiam. Maternum ibi regnum quoddam. Phædra

Phædra Hypolyti amore ardebat

autem amoris ~~acerrimis~~ accensa ignibus ob Hyppolitum

vehe=

vehementer in ipsum tabescebat. Etenim primum templu Veneris quod Athenis extinctum fuit ab ipsa. et, quod nunc ἱππολύτειον nuncupatur. in Trezena postremo proficiscitur, et adolescentem flectere, et exhortare constituit. ut illi sese admisceret. At cum ille ægrè sermonem suscipere, dicunt clamantem ipsam, tunc causam invertisse, et mutasse, et illum calumnijs ad Theseum contumeliose deturpasse, quasi Hyppolitus ipsam persuasionibus flectere studuisset. Qui verò triplices, ut dicunt ipsi preces à Neptuno esse, ut professus, ut scilicet precaretur perficere, ut fidem haberet Phedra. et harum unam proposcit in filij exilium, et perniciem. illamque igitur consentiunt. Ergo cum in curru se exerceret. subito apparuit ex mari Taurus, et concussit et agitatis equis ille attractus, perijt. et Phedra manifeste ex altis insidijs, et calumnijs, se suspendit. Est autem hæc historia apud Asclepiadem προκρινοῖς. Est Procris Erecthei filia. et Cephalum suum ipsius virum continuo in venationem euntem. Latenter, ob quamdam Zelotypiam observabat. At Cephalus existimans esse feram, ab ipso sylue strepitu. Latuit ipsam Procrim eiaculans προκρινοῖς. Cephalus Deionei filius duxit Procrin Erecthei filiam. ἐν τῷ θορικῷ κατῴκει. et cum vellet de uxore periculum facere, dicitur abcessisse omni octo. illamque reliquisse inter Nymphas, puellasque degentem. Præterea sese exornans et alia forma, et habitu se ipsum constituens, in ædes proficiscitur, illud habens ornamentum; et Procri persuadet, ut illum suscipiat. et ipse sese iniungat. At Procris ornamento illo commota, et compulsa, et Cephalum intueri valde pulchrum cum illo accubuit. et Cephalus se

Athenis primu templu veneris.

Phedra se suspendit.

Asclepiades

Procris Erecthei filia

Cephalus

Cephalus Deionei filius duxit Procrin Erecthei filiam.

Procris amore Cephali comburitur.

154 ipsum manifestans et deligens, Procrin incusat, et reprehendit. et non solum hac re contentus fuit, verumetiam permutatus, et commotus in venationem egre- ditur. Et cum hoc crebro efficeret ipsa Procris suspicata fuit illum aliã se admiscere mulieri. Et vocans quidem ministrum famulumque dixit illi: an huius esset parti- ceps rei. At famulus dixit Cephalum in quodam montis vertice vidisse, et dicere frequenter ὦ νεφέλα ~~τοα~~ παρελθε nempe. O Nephele veni et hoc solum considere. Etenim Procris id audiens in eundem montis verticem progre- ditur, et sese occultat, et cum id ipsum dicentem illum audivisset, ad ipsum percurrit, et Cephalus il- lam videns subito extra seipsum conditur, et quem- admodum se habebat ad manum iaculo vulneravit,

Cephalus Procrin interficit iaculo.

percussitque Procrin et interfecit et ad Erectheum emittens sumptuoso, et magnifico sepelit funere ipsã.

Pherecides in 27 lib.

Haec quidem historia est apud Pherecidem in viges: septimo libro καλῆ τ' ἀριάδνην. Et Ariadne Minois filia uxor Thesei. ex qua Demophon. et Acamas nati fuerunt. ~~καλ~~ καλὴν τ' ἀριάδνην filiam Minois sapientis, prudentisque. At Theseus Aegaei filius sorte assignatus, cum adolescentibus in Cretam navigat. Minotauro oppositus ut illum interficeret. Cum igitur ille pervenisset amatorio igne illum Ariadna Minois filia est prosequuta. illi dedit glomum nimis

Ariadne Minois filiã uxor Thesei ex qua Demophon et Acamas orti.

Theseus in Cretã navigat et Minotaurum interficit.

Ariadna Thesei amore exarsit illumque prosequitur.

inhabili quem a Dedalo artifice acceperat et illum edocuit, et postquam ingressus fuit principium glo- mi alligaret, ad iugum superioris portae, et et illum dissolvens, progrederetur, donec ad ipsum pervenirret,

pene

feneriale, et si illum dormientem apprehenderet exca=
pitis crinibus acciperet, et Neptuno sacrificaret et tunc
redio cederet ipsum glomum convoluens; At Theseus accipi=
ens Ariadnem in navem mycit, et adolescentes et virgines qui
iam nondum aplius Minotauro erant apponendi. et hoc
in hunc modum effecto media sub nocte abnavigat. et in
propinquam insulam appellit, stationemque sumit, qui egressus
in littore indormivit, cui Minerva astans iubet, aut Ari=
adnem dimittat, et Athenas adeat. Qui subito assurgens
hoc ita praestitit. Etenim Lacrymanti, et ingemiscenti Ariadnę
Venus apparuit et illam audenti et bono esse animo hortatur,
nam Bacchi erat futura uxor. et inclyta nimis honoris munere
futura, Unde Deus ut apparuit illi accubuit et coronam
auream illi dedit. Quam rursus Dij ipsi stellis distinxerunt.
et exornarunt fulgentibus in gratiam Bacchi. et illa
quidem ab Artemide interfecta fuit. quod dimiserit virgi=
nitatem. Hanc historiam Pherecides scribit κηρυγ.fi=
liam ηγεν ferebat, ducebat, εσχεν. nunc pro ανειλεν
ponitur nempe occidit. Ubi et εκταν scribitur. διη εν
αμφιρυτη. Dia insula est ante Cretam quę etiam et
Naxus vocata nuncupatur, quę et sacra Baccho est.
διονυσου μαρτυριησιν. quoniam testatus fuit illius
impietatem et scelus, eo quod in eius delubro cum The=
seo accubuerit. Etenim recentiores dicunt dimissam ip=
sam ab Theseo, fuisse a Baccho subreptam μαιραν τε
est Mera Prœti et Antię filia. Perijt autem virgo
μαιραν τε. μαιραν τε. Mera Prœti Thersandri filij
filia est et Antia. Amphianactis filia. fuit quidem
pulcritudine conspicua, et formosissima. Quę quidem

Ariadne venus apparuit. aur.

Pherecides

Dia insula est ante Cretam. Naxus Dia vocata. sacra Baccho

Mera Prœti et Antia filia

maiori pretio Virgineum ducens honorem Artemida ipsa in venationibus sequebatur. Quam verò cum amasset Iuppiter, ad ipsam profectus fuit, et latenter corrupit. Quae gravida effecta, peperit Locrum nomine filium, qui Thebas cum Amphione et Zetho condidit. Etenim Maeram dicunt sagittis confossam fuisse ab Artemide, eo quod neutiquam in venationes progressa fuerit. Hanc historiam Pherecides refert ἡ κλυμένη. τ' εἶδον. Climene filia Minij est κλυμένην ~~[illegible]~~ τ' εἶδον. Climene Minij Neptuni filij. et Euryanassae Hyperphantis est filia. nupsit Philaco Deionis filio, et Iphiclum peperit. quem ποδώκη appellavit, eo quod ob pedum velocitatem et pernicitatem, cum ventis ipsis ausus est decertare. et super messes spicas progreditur, et ob velocitatis levitatem nequaquam aristas perstringit. Nonnulli autem ipsam Climenen soli patri nupsisse testantur. ex qua Phaeton filius genitus fuit. Haec Historia apud Hesiodum est. συγγενήται εἰ θύλην. hac aurum amici viri suscepit τιμήεντα.

Amphiaraus Iolcaeus duxit Eriphylem Talai filiam et adductus à quibusdam ad Adrastum fuit, et rursus solutus, et iureiurando adstrictus consensit, de quibus inter se diffidebant ipse et Adrastus ut committerent Eriphilae iudicare, et ipsi obsequerentur. Postea verò conflato in Thebas exercitu Amphiaraus quidem Argivos avertit et fugavit et futurum exilium praedixit. Etenim accepit Eriphyle monile à Polinice, quod ob concinnitatē et pulcritudinem praeposuit illis, quae in Adrastum ipsum cogebant Amphiaraum donorum susceptionem suspicientem

Iuppiter Locrū peperit.
Locrus Thebas condidit cum Amphione.
Mara sagittis confossa ab Artemide.
~ Pherecides
Climene Minij filia.
Neptuni filij.
Euriyanasses Hyperphantis filia. et nupsit Philaco.
Philarus Deionis filius.
Phaeton filius solis
Climenes soli nupsit.
~ Hesiodus.
Amphiaraus duxit Eriphylem
Eriphiles Talai filia.
Adrastus.

tem, et animaduertentem, et ipsam terribiliter nutantem.
Qui et ipsi caussa fuit ut e porta discederet ad exercitum,
et Alcmeoni constitueret, ne prius in Thebas cum poste-
ris proficisceretur, quin matrem interficeret. Quem
omnia fecisse dicunt Alcmeona, et propter matris cædem
in insaniam fuisse correptum. et Deos ipsum maxime odisse
eo quod sancte ultus fuerit patrem quod matrem occiderit
Hæc historia est apud Asclepiadem συγενῆ τῇ — Asclepiades
ἐριφύλην Iphios filiam, sed odiosam quidem, eo quod
susceperit ab Polinice, aut Adrasto aureum torquem, — aureum torquē
et quia prodidit Amphiaraum ipsius virum nolentem
in Thebas exercitum sequi. Nam veluti vates quæ
euentura erant prævidebant. φίλε dilecti, chari, ἐδί-
ξατο. existimauit, censuit, τιμήεντα honorificen-
tiorem φθίτο præteréat, deficiat, ἀμβρόσιος. diuina
ἀνδρὸς pro κατὰ ἀνδρὸς contra virum. εὐμηθρεῷ
nempe tranquillitate quæ cum voluptate. et delectatio-
ne est ἔσχοντο cogebantur, continebantur, ἤρχετο.
incepit φαίνεται videtur. εἴδας. quæ sub proportione
respondent corpori. et rectas et æquas ξεῖνος δ' αὐτ' ἐμὸς
ἐστί. propter duo inquit Arete æquum et dignum esse
nequaquā sordide rationem inire, quoniam scilicet
ipsius hospes, quia ad ipsam primum accessit. et quoniā
unusquisque feliciter abundat ἔμμορε τιμῆς. quasi
μοῖραν habet. nempe fortunam, et locupletem substantiā,
ita ut honorem consequi potest. χρῄζοντι. indigenti
κολούεται superatur, impeditur ἰότητι voluntate,
animi sententia et instituto κέονται adiacent. subsistunt.
ἀπὸ σκοποῦ seorsum ab scopo. procul ab similitudine.

Dicitur autem id ab sagittarijs ἀπὸ δόξης. Longè ab constitutione, et opinione quam in Sospite habemus ἀλκινόος δ' ἐκ τοῦ δὲ. quasi in Alcinoo sit et hoc, quod est perfectè et absolutè dimitti, ἔχεται dependet μυθεῖται inquit ἔσαι erit fiet τλήτω. superet. sufferat. εἴπερ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀνώγοιτ' αὐτόθι μίμνειν Lepidum, et vrbanum est dicere, parate et alacriter exibere, et totum ibi annum permanere. cum quæ data sunt per fectio abundent. ἀνώγοιτε iubeatis, constituatis. ὀτρύνοιτε. vrgeretis, promoueretis πλειοτέρῃ σὺν χειρί. cum pluribus possessionibus et opibus. aut potissimum locuples et abundans donis varijsque muneribus αἰδοιότερος reuerentia, et cultu dignus, honorificentior præstantior. et vnde quidem Hesiodus inquit.

Hesiodus.

πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

Diuitias vibus sequitur decus vndique et ipsum

Homerus

Verum etiam Homerus id testatur τὸ μὲν οὔ σε ἐίσκομεν. quare deceptorem te esse dauum et furem nequaquam existimamus, censemusque ἠπεροπῆα. deceptorem fallacem. præstigiatorem ἐπίκλοπον dolosum, fraudulentumque et enim fur decipiens et fallens furatur. significat etiam ipsum ἐπιθυμητὴν. nempe cupidum et studiosum. Nam etiam qui furatur, cupiditate et studio alienarum rerum hoc facit. βόσκει. nutrit. πολυσπερέας. Sub varijs nationibus multisque gentibus ἀρτύνοντας effingentes, apparantes ὅθεν κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο. Vnde neque aliquis circumspiceret se mentiri mendaciaque necbere. μορφή. pulcritudine decoreque

specie

specie ἀδιόφατος. immensus, nulla mensura apprehensibilis multus ἀκουέμενα subaudire, percipere, οἰκτροτέρα: miserabilior, infelicior. στονόεσσαν Luctuum et lacrymarum causam, κακυσιότητι γυναικός. nempe Helenes, aut Clytemnestra. aut malis affecta, et depressa Cassandra, quam corrupit Lociensis Aiax in Minervæ delubro. et asperam et infestam in Græcos ipsam Minervam constituit. Sed enim et Sisiphus versutissimus et vaferrimus. ob quidpiam maleficum et improbum punitur. et Glaucus etiam progenitoris in sapientiam, totam eius improbitatem transtulit. Quomodo ergo Hercules in hoc loco manet ut Deus. et quo pacto idem potest esse et in inferis, et in cælo. et Hebe secundum Homerum Virgo est. unde et vinum administrat et famulatur. Improbabile enim est ipsum Latere apparatum, et non bibens quidem quomodo colloquitur et non fabulatur. Apparatum enim habet et constitutioné ipsa phantasia et repræsentatione. Duos enim versus nos planè obliteramus et abolemus.

Helenes

Lociensis Aiax in Minerva delubro

Sisipphus

Glaucus

Hercules

Hebe secundū Homeri Virgo.

Hebe vini administratrix.

Et gaudet simulacrum autem florentibus agris.

Non enim omnes si in loco sunt eorum, qui sepulcro carent. nempe et qui puniti sunt, et qui puniunt quemadmodum et Minos, et Hercules. Hi enim cum non exciderint ex fluvio et liquore oblivionis, etiam et si non biberint proloquuntur. ἀπεσκέδασεν longius dissipavit, dispersitque. ἀχνυμένη tristis, mærore contabescens. ἠγηγέρατο. collectæ et congregatæ erant εἴβων. fundens, stillans πιτνάς. extendens porrigens, ὀρέξασθαι, comprehendere, et contrectare. κίκυς. motus est, qui cum viribus efficitur. ὄρβας

Minos, Hercules.

168.

exagitans commouens, agitansque. γναμπτοῖσι. qui pos-
sunt plane deflecti et incuruari ἀμέγαρτον multam, co-
piosam ἀϋτμὴν flatum halitum βοῦς περιταμνομένου
postquam ipse venerat in Cicones. Et ibi raptum aggrediens,
et tentans, Non quidem feliciter permutauit. Merito igitur
similia suspicatur pati Agamemnona. περιταμνόμενον
circumpellentem, abigentem, τεύξας. apparans, constituens,
οἰκτίστῳ immani pessimo κτείνοντο. interficiebantur.
ἐράνῳ. dicitur vero ἔρανος cœna et conuiuium quod ex
symbolis, et collectis opibus conficitur et apparatur, μουνάξ.
sigillatim, singulariter. ἐΰνησα. benignum beneuolumque,
ὀλοφύρατο miseratus fuit. πλήθουσας completas redun=
dantes θῦεν. completum et conspersum fuit οἰκτροτάτην
miserabilissimam, infelicissimam, ὄπα. famam, causam.
κτεῖνεν. interfecit. ἀείρων. eleuans, attollens, κυνῶ-
πις. impudicissima, turpissima, νοσφίσατο separatus,
et seiunctus fuit, ἔτλη pertulit, superauit, ἑλέειν. con-
cludere. deprehendere, arctare, αἰνότερον grauiorem, difficilio=
rem ἐρεῖσαι. adaptare, concinnare, aut includere ἀεικέ-
ας. Indecorum, fœdissimum τεύξασα apparans, componensque.
κατ' αἶσχος ἔχευεν. turpitudinem et conuitia iecit.
effudit. ἐσσομένῃσι. posteris, futuris εὐεργός. sapiens pul-
cherrima opera construens, operans, γυναικείας διαβο-
λάς. ipsam Aëropen. mutiti. πιφαυσκέμεν. dicere,
loqui εὐείδης. pulcre edisces, percipies, cognosces. πιν=
υτή felix, prospera, locuples, sapiens, prudens, προ=
πτύξεται, beneuole suscipit, amplectitur, υἷος. ipsius
filij: ἐνιπλησθῆναι adimpleri, εἶναι pro ἔσο ponitur ἧς.
κρύβδην occulte, latenter, κατισχέμεναι. in potestate se

Continere

continere, subire, ἐμοιο mei ἤ που ἐν ὀρχομενῷ ἢ ἐν 161

Πύλῳ. in Pilo quidem propter excellens, et eximium amicitiæ studium, et robur Nestoris. quemadmodum et in Sparta propter affinitatem ipsam. et in Orcomeno quidem propter tutamentum, et securitatis certitudinem. Ibi enim aliquando communes Pyliorum depositi fuerunt thesauri. et ipse hoc inquit in Iliade Poëta: nempe. — Homerus.

οὐδ' ὅσ' ἐς ὀρχομενόν.

Non quæ et in Orcomenon.

ποτινείσεται. ἔσαμεν. constitimus Κατροκλῆος hic autem genitiuus ex Nominatiuo πατροκλῆς deducitur. quemadmodum φιλοκλῆς et σοφοκλῆς dicuntur μήδεα. consulis, operaris, meditaris, ἔτλης superasti, sustinuisti, ἀφραδέες. consideratione et mente carentes, aut incorporei εἴδωλα. imagines et repræsentationes, quæ ad ipsum solum ἰδεῖν sunt, nempe ad videndum ad conspiciendum καμόντων. mortuorum, χρέος vaticinium. Oraculum ἀμῆς. nempe ἐμῆς mei, μακάρτατος. beatior, felicior, ἀκαχίζευ contristare. μῦθον, παραύδα profer, expone, enarra θητευέμεν. sub mercede aliqua seruire. famulari, ἀκλήρῳ opes et substantiam non habenti inopi, πέπυσαι. audiuisti. τιμὴν regnum. πέφνον. interfeci, peremi. τῷ κε τεῷ. ita quidem tibi. στύξαιμι in stuporem adducerem ἐκ σκύρου ex ipsa Scyro. Est autem Scyrus Urbs Dolopiæ ἔβαζεν. dicebat, loquebatur. — Scyrus Urbs Dolopiæ.

ἡμάρτανε. aberrauit, non fuit scopum consequutus μύθων sermones illos intelligit, qui conferebantur, et conijciebantur, in imperij potentiam et robur. νεικείεσκομεν. contendebamur, certabamus, οἴω soli. τηλεφίδην. filium Telephi κατενήρατο interficiens, depredabatur, spolia detrahebat, — τηλεφίδην filius Telephi.

162 Κήτειοι: quidam interpretantur magni: παρὰ τὸ κῆτος deductum, sed melius quidem est explicare. Mysorum esse gentem Κητείους. nempe Cetaeos. Nam Telephus Mysiae Rex fuit, et Alcaeus vero inquit Κήτειον βο μυσον· dicit: γυναίων εἵνεκα δώρων. Quidam autem γυναια δῶρα exponunt. auream vitem. quam Jupiter fuit largitus Troi. pro Ganymedis raptu. Quae equidem sub quadam successione in Priamum peruenit. Sed nihil sane horum nouit Homerus. sed verius, et praestantius fuit explicare pollicitum fuisse Priamum Eurypylo vnam filiarum illi in vxorem daturum. quemadmodum et Othryneo promiserat vnum ex aliis muneribus, quae data fuerant Eurypili vxori ab Priamo, vt flecteret et hortaretur suum ipsius virum, vel inuitum quidem exercitum sequi et arma capessere. vt Troianis auxilium ferret. ἀλλ᾽ ὅσον τὸν τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ ἥρω' εὐρύπυλον plures enim circum ipsum erant socij. Κήτειοι κτείνοντο γυναίων εἵνεκα δώρων. Eurypylus Astyoches et Telephi Herculis filij, filius nactus paternum imperium Regno Mysiae praefuit. At Priamus cum intellexit, et nouit suius vires, et robora emisit ad illum. et in auxilium proficisceretur, et opem, et cum hic respondisset, non sibi propter matrem id licere, rursus Priamus emisit ad matrem suius donum Astyochem, nempe auream vitem filium ad exercitum emisit. Quem Neoptolemus quidem Achillis filius interfecat. Haec historia est apud Acusilaum. κατεβαίνομεν descendimus, ingredimur. κάμε elaborauit, construxit ἐστάλτο. commisit, miunxit, ὠμόργνυντο. abstergebant, exsiccabant ὠχρήσαντα. pallenti colore affectum, pallescientem, κάλλιμον pulcrum, formosum.

ἄμορ

Mysorum gens.
Telephus Mysiae rex.
Alcaeus.
Ganimedis raptus.
Eurypylus Astyoches et Telephi Herculis filij fil.
Priami donum aurea vitis
Acusilaus.

ὀμορξάμενον detergentem, depellentem ἐξίμεναι egredi exire, μενοίνα meditabatur, conabatur, cupide moliebatur. βεβλημένος è procul percussus. vulneratus. ἐπιμίξ mixtim, confuse ἀκηδής incolumis, integer, ἐπεμαίετο contrectabat, quærebat. βεβῶσα progredientem. κατ' ἀσφόδελον. nempe in locum Asphodetis consitum; est enim Asphodetus herba similis Scyllæ γηθοσύνη. gaudens, lætitia mirifice affecta κατατεθνηώτων mortuorum. εἴροντα. dicebant. exponebant. Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο νόσφιν ἀφεστήκει κεχολωμένη εἵνεκα νίκης τήν μιν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλλῆος παῖδες Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη = Observans Agamemnon quod visum fuit alteri gratificare, et tribuere, solum qui propter Achillis arma immenso decertabant prælio Troianorum captivos adducens, interrogavit, ob quem maxime Troiani cum tristitia contabuerint, et cum captivi dixissent propter Ulyssem, nimirum illum esse præstantissimum et maximum iudicantes hunc esse, qui amplius hostes in mærorem, et calamitatem coniiciebat, statim Ulyssi dederunt arma. ἀφεστήκει recessit, abscessit. κεχολωμένη irata succensens, ἀέθλων. certaminum præliorum, exitialium. λήσεσθαι. oblivisci, ὀλομένων perniciosorum, exitialium. πύργος murus ἀχνύμεθα. contristabamur, dolebamus. δάμασον θυμὸν. iram, et furorem vince, supera. θεμιστεύοντα iura dant. æquam rerum pendent sortem. εἰσενόησα. conspexi. vidi, animadverti. εἰλεῦντα. convertentem, convoluentem

Asphodetus herba Scyllæ similis.

εὐρυπυλὲς latas portas habens. οἰοπόλοισιν, aut desertis, in quibus est solum versari, degere, aut tranquillis et mansuetis, in quibus vel solus aliquis proficisceretur propter mansuetudinem et tranquillitatem in quibus οἶες. versantur, nimirum pascuntur oues. παγχάλκεον. Vndequaque ferro munitum, obtectum. ἄαγες quod nullo modo perfringitur, aut diijcitur. πέλεθρα. ipsa pelethra iugera. est namque πέλεθρον octaua pars stadij. Inquit igitur Titij corpus in nouem iugera iacere, et extendi, quasi contineret locum vnius dimidij stadij. Fuit enim Titius Iouis, et Elaræ filius. At in alio loco mensuram quandam terræ significat. παρημένω assidentes propius. sub duali numero dicitur. ἧπαρ sive pinguedinem, quæ est sub carne, aut illum ὑμένα. et pelliculam significat quæ subiacet hepati. Nonnulli autem interpretantur esse illud quod ἧπαρ ab medicis nuncupatur. Sed in alio quidem loco ipsam pellem significat. ἀπέκωσεν. impediuit, cohibuit. εἵλκυσεν. dolore affecit. Laesit. κυδρήν, inclytam, celebrem. Πυθὼ. Vrbs est Phocidis. καλλιχόρου pulchra loca habentis. Πανοπῆος. Panope Vrbs est Phocidis. ἑστακότ' ἐν λίμνῃ. consistens in medio laci. προσέπελασε propius accessit, appropinquauit. ἑστηκότα stetit, nunc sub pedibus. Vtitur autem hac dictione ipse διασκευαστής. præter huius Poëtæ consuetudinem. ἀπολέσκετο. periebant cladibus obsoluti. ceci.

Titij corpus in nouem extendebatur iugera.

Titius Iouis et Elaræ filius.

Πυθὼ vrbs Phocidis.

Panope vrbs est Phocidis.

ceciderunt. ἀναβροχθὲν absorptum, epotum. δάμεσκε καταζήνασκε. Arefaciebat, exsiccabat. Est enim ἄζη idem quod siccitas. κατακρῆθεν in caput, in verticem. χέε iniiciebat. effundebat. μάσσασθαι contrectare, suscipere, ἀμφοτέρῃσιν ambabus quidem manibus σκηριπτόμενος annixus, et firmatus. ὤθεσκε impulit, deiecit, κραταιΐς valida et robusta uis. καλλίσφυρος formosa, dicitur con= cinna. exornata, venusta, ἀναιδής asper, durus, immanis. θαλίαις ipsis Deorum conuiuijs, epulisque, ἀτυζομένων concussorum, agitatorum, ἀορτῆς ipsius balthei funis, quo dependit. nempe Locum ex quo ensis dependet, quo alliga= tur. χαροποὶ formidabiles, horrifici, terribiles, μὴ τεχνη= σάμενος μηδ᾽ ἄλλο τι τεχνήσαιτο ὃς κεῖνον τελαμῶνα ἐν ἐγκάτθετο τέχνῃ. in hoc Loco est distinguendum. est enim sensus non construens, et moliens primum quid huiusmodi ad hoc venit opus. Sed neque deinceps aliquid huiusmodi est meditatus. qui illud locum absolutissimum effecit. Non sane aliud huiusmodi fecit, sed neque faciet. Ac si aliquis di= ceret, Solum Phidias fecit hoc et nihil aliud. nam in illud totam ipsius artem compleuit, conclusit. ἐν ἐγκάτθετο τέχνῃ imposuit in suaipsius arte, quod est, elaborauit ἑῇ suaipsius ἐγκάτθετο posuit, iniecit, μόρον perniciem, cladem. ἀνδροκτασίαι virorum caedes. exitia, ἡγηλάζεις deducis, et suffers ὀχέεσκον habuerunt, subferebant. ἀπειρεσίην. Multam, immensamque. δεδμημένη. domitus, et subactus pariter fui. ἐπετέλλετο praecepit, imposuit. constituit ~~ko~~ κύνα. Cerberum ipsum. ἄξοντα, qui ad= ducere debebat. γοργείην. Medusae Gorgonis caput —

γοργείην Medusae Gorgonis caput.

~~ἀμβο~~ αμβαίνειν. ascendere, ingredi. φέρε. adtulit. ῥόοιο
fluenti fluxus, εἰρεσίη. remigatio. Quod nomen ab verbo
εἰρεσίη ἐρέσσω, quod est remigo, deducitur. Ex quo et
ἐρέται vocantur remiges. κάλλιμος οὖρος. suavis et
iucundus ~~valtus~~ ventus. Ταντάλου εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε'
ἔχοντα. Tantalus Iovis, et Ploti Nymphae filius
cum inter Deos commoraretur, et epularetur cum illis, inexple-
biliter se gessit. Nam rapiens quidem Nectar, et
Ambrosiam, quod sibi non licebat, dedit suis famulis
et coetaneis. Propter quae ira percitus Iuppiter illum deie-
cit ex caelesti habitaculo et e sublimi quodam monte sus-
pendit manibus alligatum, ipsamque Sipylum
ubi curavit subvertere. Hanc quidem
historiam Asclepiades scribit.

[margin:] Tantalus Iovis, et Ploti Nymphae filius.

[margin:] Asclepiades

Scholia in duodecimam Odysseæ Homeri Rhapsodiam.

Acheloi et Terpsichores filiæ. Sirenum

Sirenum nomina.

Sirenes dictæ secundum Homerum.

Αὐτὰρ. ἵκετο peruenit, profectaque fuit. εὐρυπόροιο latum meatum, progressumque habentis, vt potet ipsum fluuium, aut pulchros traiectus habentis, tractusque ὅθι τ' ἠοῦς ἠριγενείης οἰκία καὶ χοροί εἰσι καὶ ἀντολαὶ ἠελίοιο. non quasi exoriretur dies in ipsa Aiæa. hoc dixit. sed sine simplicius, quoniam abiuimus et profecti sumus. vbi dies et sol. aut iuxta comparationem Cimmeriorum. aut tanquam primum lumen emittentem, et præbentem Orientem appellauit. Quoniam cum sublimis sit ipse Circæus mons, sol sub nocte ipsa Circes simulacro resplendescit χοροί ipsa loca et regiones, quasi εὐρύχωρον appellet. quod est εὔχωρος et magna ἀντολαί. nempe ἀνατολαί exortus ἀποβρίξαντες. dormientes, stertentes, accubantesque. φιτροὺς ramos, truncos, προέχει. excellit, eminet, θάπτομεν. combussimus, χεύαντες. aggerentes, tumulantes ἐρύσαντες. nunc idem est quod στήσαντες. erigentes, attollentes, ἐτίκτομεν. operabamur, efficiebamus ἦλθομεν. habuimus, ἐντυναμένη apparata, constituta, δισθανέες. bis mortui. ἀλγύνετε. lugetis, gemitis, dolore tabescitis προσέλεκτο prologuuta est πεπείρανται peracta et perfecta subsunt. μνήσει. recordari faciet, et pariter meminisse σειρῆνας μὲν πρῶτον secundum plurimorum sententiam Acheloi, et Steropes et secundum quosdam Acheloi. et Terpsichores vnius Musarum. Quæ quidem virginitate priuatæ odio fuerunt intestino

- Circæus mons.
- Circes.

Acheloi et Steropes. Portasaonis filiæ Sirenas. Terpsicores, vna musarum.

168

Acheloi et Terpsicores fabula. et syrenidum

Artemisa insula.

Sirenum nomina.

Sirenes duae secundum Homerum.

Vnerii. et cum haberent alas in Tyrrhenicum clima euolarunt. et insulam possederunt Artemisiam nominatam. Nomina autem harum sunt Aglaophe. Thelxiepia. Pisinoe, et Lygia. Secundum vero Homerum duae sirenes sunt ἀφίξεαι. aduenies, proficisceris θέλγουσιν. decipiunt. fallaciterque illaqueant γάννυντα, gaudent. delectantur, λιγυρῇ. iucunda, suaui, ὀστέοφιν. ossium. θίς cumulus, aceruus, πυθομένων. putrefactorum, corruptorum μινύθουσιν. minuuntur. superantur, παρέξ ἐλάαν depellere, agere vltra, ipsos extra ipsos ἐκινό pelles. δεψήσας emolliens. Inde et βυρσοδέψης dicitur nempe coriarius ἱστοπέδη Locus est in quo malus nauis apponitur, et erigitur, πείρατα funes. ἀνήφθω. alligentur, connectantur, δησάντων alligent. quod Attice dicitur. ἐκ δὲ αὐτοῦ, et ex malo ipso δεόντων. colligent παρέξ ἐλάσωσιν praeterierint, extra expulerint διηνεκέως sub vno praecepto, et monitione, aut omnino ὁπποτέρῃ. pro διάποίας, per huiusmodi ἀμφοτέρωθεν. Vtrinque. in vtraque parte ἐπηρεφέες crebrae sunt, aut dependentes sublimes, et conterta. προτὶ δ' αὐτάς. et prope ipsas quidem ῥοχθεῖ strepitum efficit, κυανώπιδος. nigros habentis oculos, πελάγκτας. Etenim Crates explicat appropinquat ad ipsos

Crates

Delus mouetur et fertur.

fluctus, Et nonnulli existimant Delum moueri et ferri, θεοὶ μάκαρες καλέουσι, homines vero nihil ex hoc scilicet aberrauit ποιητά, volucres τρήρωνες timidae perterritae, ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν, siue fabulose quidem inquit ipsas columbas per erratica saxa volitantes, deferri Ioui Ambrosiam. aut Physice quidem hoc dixit. Quando enim longe ab erraticis petris separatum est astrum, quod dicitur Taurus, tunc temporis plane contigit. vt ex

Taurus Astrum.

vt ex

Vt ex septem illis stellis, quae ad eius caudam existunt, quae et Pleiades nuncupantur, vna obscuretur ex eleuatione, et euaporatione fumi. Ferunt enim in cibum aquam marinam Soli, quem et Plato in Phaedro Iouem appellat. Etenim magnus in Coelo Iuppiter volatilem currum impellit λισπέτρη. Laeuis et equalis petra. ἐνίησιν imponit, et immittit πίνακας tabulas φορέουσι. nunc φθείρουσι significat. nempe corrumpunt, subuertunt. θύελλαν ventorum procella et αἴθης παρέπλω. praeternauigauit, praeteriit πασιμέλουσα Epitheton est Argus. ab hoc quod est πᾶσιν ἐν ἐπιμέλεια esse, nempe quod omnibus curae sit propter ipsius decoris pondus. Aut sic dicitur quasi πᾶσι μέλουσα θεοῖς. nempe quod Dijs omnibus studiose curae subsit οἴη δὴ κείνη γε παρέπλω ποντοπόρος νηῦς Ἀργὼ πασιμέλουσα. Tiro Salmonei filia habuit duos filios ex Neptuno. Neleum scilicet, et Peliam, nupsit autem Cretheo. et habuit filios ex ipso tres, nempe Aesona, et Phereta, et Amithaona. et ex Aesone quidem, et Polimila secundum Hesiodum nascitur Iason. At iuxta Pherecydem ex Alcimedo. Hic autem, vt diem obit filij curatorem, et tutorem reliquit fratrem Peliam: illi etiam regnum tradens, vt cum filius iam adultus fuerit, illi restitueret sceptrum. At Iasonis mater Alcimede pauore compulsa quodam, illum Chironi Centauro ad nutriendum et educandum tradidit. Qui iam educatus, et in adultam aetatem prouectus proficiscitur in Iolcon a Petra paternum regnum exposcens. Qui illi quidem dixit oportere, vt ipse prius aureum vellus ex Colchis deduceret, et tauros ignivomos interficeret. Haec autem vt audiuit Iason, inquit Chironi haec omnia ipsi. At Chiron emisit adolescentem, et Minerua

Pleiades stellae septem

Plato in Phaedro.

Tiro Salmonei filia.

Tiro duos habuit ex Neptuno filios.

Pelia filia Neptuni nupsit Cretheo.

Crethei filij tres, et eius proles etc.

Hesiodus.

Iason.

Pherecides tradit historiam.

Chiron centaurus

Chironis fabula.

Minerva Navē Argo construxit.
Bithiniorum regio.
Phinei cæcitatis quæ causa.
Cleopatra Bori filia.
Phinei supplicium.
Asclepiades

